

ΣΤ'Ν ΧΡΙΣΤΩ

Υ

ANTITHESES

APOLOGETICÆ,

D. CHRISTOPHORI PELARGI
PROFESSORIS IN ACADEMIA MAR-

CHICA, PASTORIS ET SUPERATTEN-
dentis Gener. Senioris & DECANI facul-

tatis Theologicæ,

Opposita

Thesibus censoris vel Examini

FRIDERICI BALDUINI D.

Professoris Vuitenbergici, &c.

De quibus, quantum ad realia,

adjutu DEI

PRO LICENTIA consequendi supremum

in Theologicis gradum,

respondebunt Viri & Professores CL.

In locis, de DEO, de PECCATO, de DESERTIONE,

& PRÆDESTINATIONE

Dn. M. GREGORIVS FRANCVS

Græcæ linguæ Profess. publ. pro tempore

Academiz RECTOR.

In locis de PRÆDESTINATIONE, de PERSONA CHRISTI,

BAPTISMO & S. COENA;

Dn. M. IOHANNES BERGIUS

S. Theol. Profess. publ. ordin.

ad d. XXVII. Martij

anno M. DC. XVII.

Prostat apud JOHANNEM THYMIUM.



Lectori S.

UT verè multa homini prater spem indies eveniunt! Prater spem certè, thema hoc ἐπιτιμὸν Dnn. Candidatis obtigit; cū aliud δογματικὸν prae manibus foret. Quia tamen insperata inquietis Antagonista provocatio, maturam requirebat defensionem: visum fuit, eadem occasione, & Confutationis & Disputationis, utrimq; necessaria, subire laborem; praesertim cum ex praescripto Statutorum, moreq; haecenus recepto, à Decano theses proponi ac conscribi oportuerit. Ut ergò Dnn. Candidatis non molestum, tam Consensum, quàm favorem publicè in hac testari palestra: ita bonis & candidis consilium hoc improbatum non iri, plenà spe confidimus.

REVERENDIS, PRÆSTANTISSIMIS, doctissimisque Viris Superintendentibus, Praepositis, Pastoribus ac Diaconis in Electoratu Brandenburgico, sinceram Verbi cœlestis *ἡ ἀληθινήν* constanter tuentibus, Amicis & in CHRISTO fratribus, S.



Narenam provocor, VIRI FRATRES, ab eo, qui Vos etiam, publico alloquio, ad hoc invitavit scamma: ab eo, inquam, qui *Examen*, Compendii Theologici recens correcti, Vestris nuncupare voluit nominibus: ne nesciretis fortè, Reverendum & Clariss. Dn. D. FRIDERICUM BALDUINUM, Ecclesiae Vuitenbergicæ in SaxoMisnia Pastorem & Superintendentem, longè VESTRO superiorem, inq; Cathedra Megalandri LUTHERI, multò sublimiorem, vestrum quoque esse *ἡ δὲ ἀληθινήν* vel *ἡ ἀληθινήν*, sub cuius virgula censoria, Marchiæ universæ generalis etiam sistendus erat Inspector. Quæ enim causa adducere potuit Scholæ alterius, solique Misnici Præstitem, ut *ὡς ἀληθινὸν*, & quasi Satageus quidam eorum haberet curam, quos sub alio Magistratu, sub aliorum fide & inspectione, in hunc usque diem, tranquillam duxisse vitam, minimè ignorat: nisi fortè, tam bliteos credidit nostros, inque desidiabulis *ὡς ἀληθινὸν*, ita cubantes, ut nec ipsi intelligere, nec alios in his oris implorare possent,



vel auderent, nisi impetrata prius fuisset Vuitenbergensium
Censura. Sed neque Vobis, existimo alienis opus esse Ocu-
lis: neque mihi in ætate hac, quamvis languidiore, manus ad
pugnandum adhuc rigentes, præsertim lub *συμμάχω καὶ ὑπερ-
μάχω* CHRISTO, τῇ ἀποκαληθεία. Æqui ergo in hanc scenam
vocati, sitis quæso Spectatores, missaque Sulurronum fece,
atque intempestivis obloquiis, quantum valitura sit, etiam
sine picto peristromate, nuda Veritas, paulisper in isto podio
attendite. *Spiritus*, nescio quis, à mysterio aut Sacramento,
sed quali? dictus *Sacramentarius*, *in nassam perditionis sua trahere*
me conatus dudum perhibetur: qui sit ille (ita me Christus)
non novi, non vidi, non sensi: & si fortean ille, qui tempori-
bus Ahabî in ore erat Prophetarum omnium (1. Reg. 22.)
locum non invenit apud me, qui Veritatis Spiritum Du-
cem sequor, Comitem perpetuùm adoro. At fueram ta-
men sanctissimè protestatus, *constanter me ijs aggregasse*, qui san-
ctam LUTHERI parathecen graviter tuentur! Nec ab illis
verò pedem tuli, qui Luthero oraculorum divinorum *ἠδὲ
καὶ* exhibenti, reverenter assurgunt, qui sacra docentem, non
ab humanis affectibus præscribentem aliquid, patienter au-
diunt. Quin eam insuper doctrinæ formam, favore Nu-
minis, inculco, quæ in *Ecclesiis ab omnium hæresum labe depuratis di-
vino sonat munere*, utque viribus deficiens, fide proficiens, ma-
gis inculcem, *quicquid hæreticum, vel commenticum, quicquid rejeclici-
um, illis collutulari nunquam volo*. Meæ adhuc preces, & dum in-
ter mortales ero, semper erunt, ut Christus qui est Veritas, *Ms*

sancti-

sanctificet in Veritate sua: Sermo ejus (non sermo hominum) e.
Veritas. Simpliciter etiam Verbo ejus potius, quàm rationi humana, carnis-
ve judicio in mysteriis divinis assentior: nec me quibuscunq; technis, aut
sophismatibus, à simplicitate vera fidei, quam profiteor, dimoveri patiar un-
quam. Pium hoc, prædicante Balduino ipso, & salutare, &
sanctum planè votum; quod & olim, & hodie meum, &
semper erit, (etenim & cras idem ero cum D. Basilio) num-
quid ab ingenio est desultorio? numquid à Spiritu Sacra-
mentario? Videtis ergo, in ipso statim limine, quam neces-
saria hæc fuerit *ἡ ἐξ ἀποκαληθείας* provocatio! At velut *ῥιψάωρις*,
in hostium castra, palam transiisse accusor. Nec Zopyro
regni salutem quæsituro, nec aliis fuga semper data vitio;
cum & hostes, amici fieri possint. Sed quos tamen audio
vocari hostes? Illosné, in quibus perfectum Antichristi o-
dium, quale Lutherus sibi, suisque seridè imprecatus? illosné,
in quibus verus Christi amor, ob quem mundi hono-
rem & amorem, vel *ἠδὲ* faciunt, juxta illud vetus Comicum:
Hostesné, Vos VIRI FRATRES, eos putabitis, qui luculen-
tissimis, sacra exposuere volumina, Commentariis; quibus
neminem vestrùm paulò doctiorem, non uti solere non in-
dies, sat scio; qui facultates suas, qui vitam suam, qui cum
vita sanguinem, in universo orbe, solius Christi amore, ma-
gna fidentia & lubentia, sudere; in extrema etiam testati
hora, quod non loqui solum, sed & facere fortia, nec doce-
re solum, sed & pati *ἡ ἰσχυρὰ* didicerint! Optatus ille celebris Mi-
levitanorum Episcopus, ne *Donatistas* quidem hæreticos, *fra-*

A 3

trum

rum nomine dedignatus, immò nolentes penè amplexus est.
Quamvis, inquit, & illi non negent, & omnibus notum sit, quod nos odio habeant, & execrentur, & nolunt se dici fratres nostros: tamen nos recedere à timore DEI non possumus, quos hortatur Spiritus Sanctus per Esaiam Prophetam, dicens: Vos, qui timetis nomen DOMINI, audite nomen Domini: hi, qui vos odio habent, & execrantur, & nolunt se dici fratres vestros, vos tamen dicite eis: FRATRES NOSTRI ESTIS. Sunt igitur, sine dubio fratres, qui non possunt non esse fratres: Paulò post: hoc nomen fraternitatis, nec interveniente peccato, deponitur. Hæc ille. Ecquis ergo Spiritus Sacramentarius, eò Vos adigat, ut hostium loco habeatis, Christi & vestros (vestris etò jam ingratis) Fratres: certè fratres, quorum Pater unus, una nativitas, una Fides, una hæreditas. Seponantur ergo paulisper odia, nec audiantur aliquandiu sectaria nomina: Qui enim alio, quàm CHRISTI vocatur nomine, non est DEI, iudicio *κατεφιλῆται* Martyris Ignatii. (Epist. ad Magnes.) Cumque unum omnibus sit fundamentum: nec enim aliud poni potest, præter id, quod positum, quod est JESUS CHRISTUS: advertite: quæ, & qualis sit *πρωτοκομιή*: num auri & argenti, num lapidum, num lignorum, num fœni & stipularum, 1. Cor. 3. 12. Sentietis certè, omnem humanæ sapientiæ ostentationem, à fundamento dissidentem, stipularum instar in auras facilè tandem abituram: solam Veritatem *ακίνητον*, Amianti lapidis instar (quo simili gaudet Basilius) ex ignitis etiam carbonibus, puriorem, lucidioremque evasuram. Defectus tertium objicitur mihi, & casus: at unde! à fundamentoné an à fœno, atque stipulis, hoc est, opinionibus

monibus humanis! Ne credatis unquam, deficere velle, & adjutu Dei posse, eum, qui in petra fundatus est, *ἐν θεμελίῳ* unico Christo, qui anathema dicit aliud afferenti Evangelium, cum Apostolo ad Gal. 1. 9. cui antiquitas Christus Jesus, cum Ignatio: qui à se potius malit discedere, quàm ab illo salutis fonte, & ubi ex hac vita, non nisi ad illum discessurum se certà *πληροφορία* confidit.

Hic ergo Prodromus pugnae ex Proloquo: ad quam quia publicè provocato, quietemque frustra poscenti, descendendum fuit: præmoneo, sibi enter collatum me, cum quolibet vestrum in publico Acroaterio, si juxta Præsulis gravissimi præscriptum (libr. de utilit. credendi) *separatis* "nugis locorum Communium, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione profligere debet. De Personalibus verò, contentionis funem ducere, & eandem semper reciprocare lineam, planè abnuo; nec eos vel legam deinceps, vel audiam, qui dentes & linguas perpetuant in Maledicentiæ volutabro, velut Schlüsselburgius, Huberus, Gediccus, Affelmannus, & qui præterea ejusdem κόμματι, Orthodoxos tauricum intuentes, qui, ut cum Festo loquar, magno exemplo, vigilum vicem Canum, & bacchationes omnes elatrare queunt acriter, cotibusque livore armatis, sperant, si non detrituros, saltem melioris doctrinæ purpuram, Mephitico, infrenis linguæ, odore, se decoloraturos: quorum ego pagellas, opto, pia Lectorum manus,

defe-

deferat in vicum vendentum thus & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Vincat sola Veritas & triumphet.

At Vos, VIRI FRATRES, quos Balduinus solens more, sensuque suo viriliter jubet, agere, ad mandatum ipsius JERHOVAE, loquimini Veritatem, quisque cum proximo suo, Veritatem ac judicium pacis judicate in portis vestris, Zach. 8. v. 16. inque amore Christi valete & salvet. Francofurti ipso die Aequinoctii Verni ANNI M. DC. XVII.

Vestri

Studiosiss.

Christoph. Pelargus. D.

Christo Præeunte.

I.



SI ad sinceritatem vel auri vel argenti explorandam Lydius aut Heraclius lapis rectè adhiberi solet: quantò rectius ad investigandam dogmatum sacrorum puritatem Canon admoveri debet oraculorum cœlestium: ut preciosum à vili educatur, orthodoxum à scoliodoxo sejungatur: Ιερ. 17. v. 19. καὶ πᾶρ οἷς ἂν ὀρεθῆται δόματα, σιωπᾶ τῶν θεῶν λόγους ἵπὶ τούτοις ἤξει πᾶντως τῆς ἀληθείας ἢ ψήφου: apud quos inventa fuerint dogmata, divinis sermonibus concordantia, his omnino etiam veritatis suffragium accedat, ex gravissimo Basilio M. Ep. 80. ad Eustach. pronunciato.

II.

Examen itaque Compendij Theologici suscepturo D. Balduino, Canon Verbi cœlestis fuerat ante oculos subinde & perpetuò proponendus: ut quid ab eo dissentiret, quid non, accuratè expendens, ex solis Scripturis candidè suam ferret sententiam. Ipse tamen longe aliter, misso illo unico controversiarum in Theologicis Judice, partim affectus adhibet in judicium: partim autoritatem humanam: partim ex opinionibus jampridem derelictis, fidenter quidlibet pronunciat, tanquam Aristarchus ex Cathedra Vuntembergica: cum tamen sufficere debebat Canon unicus

B

&

Basil. M.
lib. 1. con-
tra Eunom.

& norma fidei: εἰ γὰρ κανὼν καὶ ὁ κανὼν εἰς ἀντιθέσιν ἐκείνων
εἶναι ἔδειξε, ἡ δὲ ἐδεμίαν ἀποδείχθη εἰς ἀκρίβειαν ἀποδείχθη. καὶ γὰρ τὸ
εἰλεῖται ἢ ἡ ἀποδείχθη; i. e. regula & norma, modò nihil desit
ut regula & norma sit, nullam adjecctionem recipit, ut
sit exactior: ei enim cui desit aliquid, adjectio est.

III.

A thes. pfi-
ma usque
ad 8.

Ex affectu proprio, *timorem* arguit causam fuisse,
principem mutatae non religionis sed opinionis: exemplo-
que Principis Apostolorum, Origenis nem, & Germa-
niæ Phœnicis Philippi adducto, non sine gemitu & su-
spiriis, nescio quem casum de cœlo, fortè *Utopistico*, ne-
scio quem præcipitem lapsum & transfugium in castra
rebellium (sic nominat Censor Orthodoxos, quia ni-
mirum humanæ in sacris rebellant autoritati) D. Pe-
largo, non tamen sine *προσχήματι* quodam modestiæ &
humanitatis, immò & laudis cujusdam simulatæ fi-
denter impingit. Hypocritarum, ait imperfecti ope-
ris autor in Matthæum, *prima potentia, simulata laudatio.*
Laudant enim quos perdere volunt, ut per delectationem laudis,
paulatim corda hominum, ad simplicitatem benignæ Confessionis
inclinent.

Hom. 52. in
Matth.

IV.

Ad thes.
secundam
Balduini.

Petri sanè lapsum ex infirmitate humana agno-
scimus, non ad imitationem, sed ad consolationem ac-
curate signatum: sed ille Christum salutis suæ autorem
abnegarat: nec tamen à Christo planè condemnatus
aut reprobatus, sed in gratiam continuò receptus est,
At qui Christum nunquam negavit, & quamdiu ab ip-
so ὡς Χριστὸς φερόμενος unice fertur, abnegaturus nunquam
est: quomodo damnâs erit? *Quid homo sine gratia DEI*
possit, timor B. Petri ostendit: quid est homo sine gratia Dei, nisi
quod

Aug. ser-
mon. 124.
de temp.

quod fuit Petrus cum negaret Christum? ait Augustinus. Sunt
tamen ex Patribus qui Petrum non corde, sed ore sal-
tem negasse putant: qualis Augustinus inquires: *quando rogavit Christus, ut non deficeret fides Petri, quid aliud*
rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, perseve-
rantissimam voluntatem. Theophylactus similiter: *εἰδέθη, ἵνα μὴ ἐκλείπη ἡ πίστις σου. εἰ γὰρ καὶ πρὸς μικρὸν μέλλεις σαλευθῆναι,*
ἀλλ' ἔχῃς ἐναποκείμενα τῆ ἀπέριστα τῆς πίστεως. καὶ τὰ φύλλα ἔρρι-
ψε τὸ πνεῦμα τὸ ἐπιβεβαίοντος ἀλλ' ἡ ρίζα ἔσται, καὶ σὺ ἐκλείψει ἡ
πίστις σου: id est: rogavi pro te, ne deficeret fides tua,
quamvis concutiendus sis ad breve tempus, habes ta-
men recondita semina fidei, ut etiamsi folia abjece-
rit spiritus invadentis, radix tamen vivat, & non defi-
ciat fides tua. Ita Rupertus: *Petrus non corde, sed ore so-*
lo CHRISTUM negavit. Confert illum cum Hufai, qui
Davidem solo ore negavit, & visus est ab eo defecisse.
Sed quid Petri lapsus ad profectum, ad mutationem
opinionum, ad conversionem ad ipsum Veritatis
Solem?

Aug. de
corrupt. &
grat. c. 8.

Theophyl.

Rup. in 16.
Matth.

2. Sam. 16.
v. 17. 18.

V.

Origenem, qui Epiphanio dicitur *κακῶς δογματικῶς* Ad 2. thes.
καὶ πρὸς πίστιν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν γραφῶν κακῶς φερόμενος, quid
in Idololatriâ induxerit, timiditas an magnanimitas,
definire non ausim. Niceph. certè forti ipsum in tor-
mentis animo fuisse affirmat, tuendæ verò castitatis
ergò, quam Quæsitore per impurum Æthiopem cre-
prum ierat abjurare fidem maluisse, animo præter u-
tilitatem omnem conspurcato, quàm sordes corpo-
ris aliquas excipere. Nec Suidas timiditatis ipsum
arguit, sed, *μὴ φέρον*, inquit, *τὴν ποικίλην βδελγητὴν ἀπίνοισαν*
ἔρρηξεν φωνῶν: non ferens tam abominandam intentio-
nem,

Ad 2. thes.

lib. 5. c. 37.

Ep. 76. ad
Tranquill.

1. Theff. 5.
verf. 21.
Cass. lib.
de divin.
lect. c. 1.

nem, vocem rupit. Quomocunque verò se res ha-
beat: ita tamen proscribitur est, ut scripta eius non ex-
cussent omnia lectoribus. Ita enim Hieronymus:
*Ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum, arbi-
tror, quomodo Tertullianum, Novatum, Arnobium, Apollina-
rium, & nonnullos alios Scriptores Græcos & Latinos: ut bona eli-
gamus, vitemusq; contraria, juxta Apostolum dicentem, omnia
probate, quæ bona sunt tenete.* Cassiodorus more anethi
habendum esse, ex aliorum sermone tradit, qui dum
saccharum condit pulmentaria literarum, ipse tamen
decoctus exsuccatusque projicitur. &c. Sed quid Ori-
genis lapsus & infirmitas ad ἀληθογνωσίαν, id est, cogni-
tionem veri?

VI.

Quæ verò tanta in sancto illo Spiritus sancti or-
gano Philippo Melanctho, animi pusillanimitas: ut
*interdum in Pontificiorum, interdum in Sacramentariorum castra
raperetur?* Hocine vobis, qui cathedram Lutheri &
Philippi premitis ludibrium debebat Vir tot laborum,
tot meritorum in Ecclesiam! Tuonè illustris Vuitem-
bergenfium Academia Eulogio illud respondet, quod
mortuo conferebas Præceptori! Philippo Melanctho sa-
crarum literarum solertissimo & fidelissimo explicatori, Verita-
tis celestis Patrono & propugnatori inprimis strenuo, optima-
rum disciplinarum & artium cum instauratori, tum conservato-
ri: qui omnem doctrinam quasi vagam ac dissipatam collegit, &
ad certam rationem revocavit: viro pietate, studio pura castaq;
religionis, sapientia, virtute, humanitate, benignitate erga
omnes præstanti, feliciter & sanctè in terris mortuo XIII. Cal.
Maij. c. v. a. L XIII. M. 2. d. 2. h. j. Acad. Wittemb. cui ille tot
tos annos 42. operam navasset H. M. P.

At

VII.

At qui sibi ante mortem præscripserat futuræ vi-
tæ gaudia: & inprimis liberatum se iri ab ærumnis &
Arabie Theologorum: mortuus tamen dentes effugere non
potest rabiosorum; vivus in purgatorio: mortuus in in-
ferno: redvivus in cælo futurus; ut quondam non mi-
nus verè quam fecetè de ipso pronunciatum. Interea
ut verissimè Camerarius, quem oppressum cupiunt,
altius extollunt, & cujus nomen infamare conantur,
illius hoc reddunt admirabilius atque illustrius. In
Vita Phil.

VIII.

Cui hodie τῶν ὀρθόδοξων tot malè feriatorum calu-
mniis exposito pectus non saliat tacitè, tam sancto
Martyri, licet incruento, aliisque viris optimis quam-
vis se longè iis agnoscat imparem, aggregari: certè, quā
vos ducitis infamiam, Philo Philippis honor est coram
Deo, cui soli arcana patent cordium, & qui suam cuiq;
laudem in decretorio illo die assignabit, juxta vocem
Apostoli: *ne ante tempus quicquam dijudicetis, usq; dum vene-
rit Dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & ma-
nifesta faciet consilia cordium: ac tunc laus erit unicuiq; à Deo.* 1. Cor. 4. 5.

IX.

Et hoc Iudice patebit, sibi nonè Calvinisto deformatum ad thes. 6.
in Ecclesia proscenium produxerit Compendium D. Pelar-
gus, idque ad fallendum egregiè compositum: fortè sine auto-
ris intentione, non tamen sine periculo. Itanè verò textus Scri-
pturæ, & dicta Patrū, & æquior locutionum quarundā
interpretatio, sibi instar erunt Calvinistici ad fallen-
dum comparari? Et quid sibi opus, si palam profite-
ri capit Pelargus Calvinismum, ut in frontispicio ex

B 3

arce

apce Calumniæ tonavit Examinator. Sed Claudiana illa sunt tonitrua.

X.

Professus est Compendii autor Christianismum, non Calvinismum: Catechismum, non Calvinismum. Quicquid enim in eo traditur, aut ex scripturis haustum, aut ex Veterum pio consensu derivatum: aut ab opinionibus & præoccupationibus superiorum annorum leniter purgatum: ad amussim certè Verbi cœlestis probatum. Fortassis, quia Apostolus Paulus jam pridem apud imperitos quosdam, ob *ἀποκλασίαν* sive panis fractionem audiit Calvinista: & Biblia Lutheri Germanica, eaque Vuitenbergæ edita, Pastori cuidam in solemni inauguratione in manus tradita pro Calvinistico libro habita sunt: futurum tandem, ut sacra omnia dicantur & censeantur Calvinistica. Inventa scilicet machæra, qua confici possint dissidentes, ut nec lapidibus scripturarum, nec sagittis spiritualibus, ex Veterum sententia, opus videatur. Athanas. Orat. 2. cont. Arium Hieron. in 13. Ez.

XI.

Quæ de suspitione ex querelis, fortè haud iniquis, ad Provinciales nata, thesi septima Censor infert, ad ea verbis Chrysostomi respondere libet: *Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est: sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse malus est: quamvis suspiciones suas quisq; ferè cognitiones putat, Aug. Malevole autem sunt suspiciones Calumniantium.*

XII.

Specimen profectuum in Schola Calvini correctione Compendii datum esse, Calumnia insignis est. Nec enim in Calvini aut cujuscunque alterius, at Christi ipsius

ipsius, & puriorum Interpretum, hoc est, Veterum Ecclesiæ Doctorum schola proficere animus fuit, & adhuc est. Meum enim propositum est cum Hieronymo ad Minerium, (post Canonem sacrum) antiquos legere, probare singula, retinere quæ bona sunt, & à fide Ecclesiæ non recedere.

XIII.

Rationes quibus se adductum scribit Censor, tantæ sint nec ne, ut meam seni mihi invidere debuerit quietem, absque *Φιλαντίας, ἀγαθότητος, & Φιλονομίας* notâ, æquiores æstimet Lectores. Nulla enim prægravari potuit Ecclesia, cum de contentiosis & clamoribus quibusdam zelotis, non de ullis Ecclesiis sermo fuerit: nec letale venenum meo in libello uspiam appareat, quod elegantiori propinatum poculo officii ratione ostendendum: & Veritas vel à puerulo audienda, non autem maledicentia, quæ omnem dedecet ætatem. Generalis reprehensio, nullius personæ injuria. Quando autem sine nomine contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator sui est; Hieronym. in epist. ad Ruff.

XIV.

A confessione Augustana, & à Luthero sinceriore ac placidiore me non abhorretere iterum testor. Vnam verò agnosco Confessionem; quæ semel exhibitæ est anno xxx. & posterioribus annis propter Pontificios alicubi luculentius exposita, Electorū, & Statuum nomine subscripta in Archivis servatur Electoralibus, utroque sermone, Latino, Germanico. Vbi inter alia Principes Electores, Fridericus Palatinus, Augustus Elector Saxon. nomine Brandenburgensis VVilhelmus Comes de Hohenstein / VVolfgangus Comes Pala-

Palatinus, Philippus Landgravius Hafsiaë, Christophorus Dux Vuitenbergicus, Carolus Marchio Badensis; & aliorum Principum ac Ducum nomine: Bavarici quidem, Otto Snel/de Rublintz: Johannis Marchionis Brandenburgici Hadrianus Albinus: Georgii Friderici Marchionis Brandenburgici, VVolfgangus de Rotwit: Barnimi Ducis Pomeraniaë, Ludovicus Comes de Eberstein. Johannes Fridericus, Bugislaus, Ernestus, Ludovicus, Barnimus & Casimirus, Duces Pomeraniaë: & qui Anhaltinorum nomine subscripserunt, in hunc protestantur modum:

Neque animus nobis est quod per hanc repetitionem & renovatam subscriptionem primùm excusæ Confessionis discedere ab ea, qua anno XL. exhibita est, vel in minimo velimus. Cum enim illa aliquot Colloquiis & disputationibus cum adversariis institutis in aliquibus articulis ideo copiosius explicata sit, ut celestis veritas eo magis illucesceret, & fiducia in meritum Redemptoris nostri Jesu Christi absque humanis traditionibus pura & incorrupta conservaretur, & ad posteritatem trāsmitteretur: proinde illam sicut & aliam deserere non possumus: praesertim cum
LOCUPLETATA ista & anno XL. ac XLI. typis evulgata Confessio multorum nunc in manibus, & magna ex parte Ecclesiis & scholis nostris in usu sit. Similiter Apologiam quoque, qua à majoribus nostris & nobis in conventu Augustano anno XXX. Cæs. Majest. oblata: sed tamen acceptata non est, eaq; paulò post VViteberga impressa & in Colloquio VVormatiensi anno XL. unā cum prædicta aucta Confessione exhibita est, repetimus: & Confessione nostra approbamus. Testamur etiam sententiam & voluntatem nostram esse, nos alia quoque pia Scripta & Confessiones, qua Cæs. M. in Comitibus & Colloquiis per Status fidei nostræ addictos, uberiaris declarationis, & refutandorum falsorum,

forum dogmatum & abusum causa, qui longo tempore inveci sunt, oblata & publicata sunt, agnoscere, & nequaquam abjicere: imò in Catholico Sacra Scriptura ac repetita Confessionis & Apologia sensu retinere. Quod si adversarij aliquos articulos, vel verba Augustanae Confessionis & Apologia, quæ initio hujus mutationis ac secundum Idioma vernacule Germanorū lingua moderatius scripta sunt, præcipuè in eo loco ubi de Sacramento & Missa, item de Romana Ecclesia, mentio fit, eo detorquere conabuntur, quasi Idololatrica ipsorum dogmata & Ceremonias (in quibus tamen Ceremoniis nonnullæ piæ mutationes postea secutæ sunt) & Pontificiam Ecclesiam, imprimis verò horrendos abusus Transsubstantiationis in Missa, & quæ his cognata sunt, probeamus: Iterum testatum facimus, nullo pacto eam esse sententiam nostram, sed quod in his & aliis ad salutem nostram pertinentibus articulis, in ea tantum doctrina, quæ Verbo divino contra quod nec porta inferorum prævalebunt, & Augustana Confessionis consentanea est, maximè in doctrina de merito Christi, & vero usu Sacramentorum juxta institutionem Christi divino auxilio perseverare firmiterque persistere velimus. Proinde quemadmodum Papisticos abusus detestamur, ita voluntas nostra non est, quod in ditionibus, Ecclesiis ac Scholis nostris ullam aliam doctrinam, quam quæ cum sacra scriptura, Augustana Confessione, & Apologia in vero intellectu congruit, ferre aut propugnare sed agnitam tantum veritatem confiteri, nec pugnantes cum illa Confessione opiniones tolerare aut defendere velimus, &c.

XV.

Videat Censor, qua fide, non Electorum & Principum autoritate publica, sed pro unius hominis arbitrio conceptam & nunquam publicè exhibitam fuisse Confessionem dicat. Ab Electoribus & Principibus concepta, Cæsari exhibita, nominibus offerentium subscripta est

est auctior Confessio: quod ipsa testantur *Autogra-*
pha, Septemviri in castro Custrinensi asservata, mihi
visa, lecta, multisq; aliis fideliter *ἀπογραφῶν* ostensa.

XVI.

ad thes. 14.

Lutherum severiorem & placidiorem qui negat,
hominem fuisse neget: Non hic *ictus serpentinus* est, sed
candor planè columbinus, qui discernit inter ea quæ
sacris literis consona, & quæ à Zeli vehementia moti-
busque humanis profecta. Quis perfectionem suis un-
quam tribuit scriptis inter Orthodoxos Patres? Neque
enim quorumlibet disputationes, quamvis Catholicorum & lau-
datorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus,
ut nobis non liceat salva honorificentia, qua illis debetur homini-
bus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si fortè
invenerimus quod aliter senserint, quam Veritas habet, divino
adjutorio vel ab aliis intellecta vel à nobis. Talis ego sum in scri-
ptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum, ait Augusti-
nus. & epist. 48. ad Vincentium: Hoc genus literarum,
Hilarij, Cypriani, &c. ab autoritate Canonis distinguendum
est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium profe-
ratur, ut contrà sentire non liceat, sicuti fortè aliter sapuerint
quam Veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedi-
gnemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: Et si quid aliter
sapitis, id quoque Deus vobis revelavit. Annè verò Lutherus
extra censum hominum aliorum solus est, & in omni-
bus ubique sincerus, ubique recipiendus contra om-
nem exceptionem? numquid non ipse deprecatur
errores Monasticos, & scripta tam sua, quam illorum
mallet suppressa, immò abolita, ut ad sola Biblia unus
esset omnibus recursus?

Aug. epist.
III. ad For-
tunatian.

Postil. Eccl.
pag. 141.

De

XVII.

De vehementi ejus exandescencia, non solum
questi Philippus, cujus manum vidi Vvitebergæ apud
D. Rungium b. m. qui & alibi fulminare ac tonare su-
um queritur Periclem: non solum Tigurini Theologi
in Confess. Germ. anno 1544. Calvinus in admonit.
tertia ad Joach. VVestphal. sed Erasmus etiam lenita-
tem in eo quam maximè desiderat (in epist. ad Frid.
Elect. Saxon) unde & Electorem ipsum, ut styli aspe-
ritatem moderaretur, hortatum esse legimus. Calvi-
nus: Sapè dicere solitus sum, etiamsi me Diabolum vocaret Lu-
therus, me tamen hoc illi honoris habiturum, ut insignem Dei ser-
vum agnoscam, qui tamen ut pollet eximijs virtutibus, ita ma-
gnis vitijs laborat: hanc intemperiem, quam ubique ebullit, uti-
nam magis frenare studuisset: vehementiam autem, qua illi est in-
genita, utinam in hostes Veritatis semper contulisset, non etiam
vibrasset in servos Domini. Utinam recognoscendis suis vitijs
plus opera dedisset. plurimum illi obsuerunt adulescentes, cum ipsa
quoque natura ad sibi indulgendum nimis propensus esset: no-
strum tamen est, sic reprehendere, quod in eo est malorum, ut
præclaris illis donis aliquid concedamus. Exempla vehemen-
tioris styli ad manum sunt, & ostendi queunt.

Calvin. e-
pist. 57. Bul-
ling.

XVIII.

Statuta Facultatis nostræ manu Serenissimi Ele-
ctoris correctæ, non hoc ornant eulogio Lutherum;
sed ita habent: Mandamus severè orthodoxam de Filio DEI
doctrinam, juxta oracula sacra & Symbola, Patrumque scripta
puriora, à Lutbero puriore & orthodoxo, & à Philippo Melan-
thone

ad thes. 14.

C 2

thone

bone nervosè & solidè traditam summo studio addisci atque in Scholis & Ecclesiis doceri: sententiam etiam Pontificiam de orali manducatione Carnis CHRISTI, omni planè Scripturae testimonio destitutam averfamur, atque ex Ecclesiis & Scholis nostris eliminatam volumus, unà cum libro illo quem vocant, CONCORDIÆ FORMULAM, qui horribilia ista dogmata contra Scripturam sacram canonizare voluit, & Ecclesiis atque Scholis obtrusit. Sufficiat Scholis & Ecclesiis nostris juxta Biblia sacra & Symbola, atque Confessionem Augustanam, Corpus doctrinae à Philippo traditum, ad cujus normam Ecclesiarum & Scholarum Professores & ministri sese componant non sine fructu publico.

XIX.

ad th. 15. Quid Candido opposuerim ante aliquot annos, nec ignorare possū, nec sine dolore aliquo meminisse. At inter eos etiā me profiteor, qui legendo & scribendo proficiunt: nec in melius referre pudet animum, ubi clarior veritatis lux affulserit. Etiam nobis hoc ab Ecclesiastico dictum, *ne ulla in re veritati contradicas, quin potius te in mendacio tuæ inscitia pudeat: ne verearis confiteri peccata tua, nec cursum fluminis vi cobibeas.*

pag. 4. part. secunda. Quinquies Lutherum mutasse suam de Cœna sententiam docet Historia Sacramentaria Hospiniani. Quam multoties à seipso dissenserit, ostensum ab aliis: prolixè autem à D. Jodoco Coccio Theol. & Can. juliacensi in Thesaurò Catholico; neque tamen, ubi veritatem amplexus est sententiam, pro Vertumno aut Protheo; sed potius pro Epimetheo quodam, pie habendum dixerim.

Quidni

XX.

ad th. xvii. Quidni verò Augustinum & Lutherum sequi liceat? Scripsit ille retractationum librum, non ubi à Manichæismo ad veram transiisset Ecclesiam: sed jam senex, ubi diu alios docuisset: immò ubi jam fato suo videbatur proximus. Ita enim in vita ejus Possidonius: *ante proximum verò diem infrimitatis obitus sui à se dictatos recensuit libros, sive eos, quos primo tempore conversionis suae adhuc Laicus, sive quos Presbyter, sive quos Episcopus dictaverat: & quaecunq; in his recognovit aliter quam sese haberet Ecclesiastica regula, à se fuisse dictata & scripta, cum adhuc Ecclesiasticum usum minus sciret, minusq; intelligeret, à semetipso & reprehensa & correcta sunt: unde etiam duo conscripsit volumina, quorum* ad th. 17. *est titulus, de recensione librorum. Lutherus cum carne diu luctatus est. uterq; non subito motu, non levi quadam cribratione ad correctionem librorum suorum accesserunt! Fateor, & in eo secutus ego utrumque, qui ultra triginta annos, quam ex Philippi Examine & Corpore doctrinae adolescens imbueram fidem, intra animæ penetrabilia semper antetuli novis & inter doctos prius inauditis phrasibus, locutionibus, distinctionibus, propositionibus. Testem Job. 16. 19. habeo in cœlis DEUM: & inter vivos bene multos, qui mecum conversati, aliquoties, inclinare magis me ad Philippicam quam Jacob Andreana, non obscureprehenderunt; neque suspicionem illam aut Vuitemburgensibus Theologis, aut adlicis quibusdā nostris purgare satis potui. Ita pusillanimitas, & studium pacis, ut cum pluribus loquerer, sententiam cum paucis, effecerunt: donec tandem argente conscientia, & temporis ratione exigente, jam fato vicinior eluctari, & stipulas priores abscidere coactus sum, posthabito dignitatis, favoris, &*

ad th. 18. quocunq; alio emolumento. Itaque nemo ad levem,
duntaxat *aulici favoris afflatum*: nec *deliberato sed subito* ad
correctionem librorum accessisse me putet: Urfit &
extorsit mutationem metus non hominum: & *quid fa-*
Pfal. 118. 6. *ciat mihi homo, Deus mihi adjutor?* at DEI ipsius, cui red-
denda ratio: *qui & corpus & animam pariter in gehenna per-*
Matth. 10. *dere potest*: ut quamvis serò, seriò tamen commenta ho-
verf. 28. *minum deserere noli.*

Item 12. 36.

XXI.

ad th. 19. *Confessionum* libros ubi opus erit scribere, monen-
tem fortasse sequar: interim sufficere ratus, ut vel si-
Pfal. 32. *ne* libris cum Psalte regio, vel etiam cum Origene ex
Psalte *πλημελήματα καὶ ἀμαρτήματα* confitear DEO, co-
rumque veniam per & propter Christi redemptoris λύ-
Ambr. ex *τρον* unice exorem. *Justus in exordio sermonis sui accusator est*
18. Prov. *sui*, inquit Ambrosius, addens: *qui se accusat, etsi peccator*
Ambr. in *est, justus esse incipit, quia nec sibi parcit, & DEO justicias confi-*
Pfal. 118. *tetur, quem putat latere nihil posse*; Erasmus Confessio-
num libros Augustinum ociosum & ociosis scripsisse
Naz. in Ep. *putat*: *ἐμοὶ ὅ μὲν γὰρ πρῶξις ἢ ἀπραξία.*

XXII.

ad th. XXI. *Ἐγκλήματα* quæ ex Epistolâ præliminari eruuntur,
non ad Ecclesias vestras, sed in Ecclesiasticos & Politi-
ticos quosdam etiam ex nostris pertinent, quos cer-
tum est sæpenumero neque lecta neque intellecta da-
mnare: & quibus jure merito dici possit illud quod
Juliano Parabatæ & Apostatæ objectum quondam:
ei ἔγνωσ ἐπέγνωσ, ἢ κατέγνωσ: *si legisses, intellexisses, non rejecis-*
ses. Vbi verò accusavi eos, qui ex vestratibus *ἑτεροδοξίαν*
Calvinianorum refutant! refutant *ἑτεροδοξίαν* si quam
reperiunt, saltem *ἑτεροδοξίαν* ne criminentur; nec pro
Heterodoxia, *ἢ ἑτεροδοξία*, in vulgus traducant.

XXIII.

Obtestatione quid opus erat: seriò agi vident,
quotquot mea vident. Etenim, quos errores quon-
dam statui, post accuratiorem singulorum *ἐξέτασιν*, er-
rores non esse agnosco: & malo pedem potius referre,
quàm pertinaciter *ὑπολήψεις* veteres tueri. Præclara, Salv. o. 7.
enim Salviani vox: *Incidere in falsa opinionis errorem, prius-*
quam vera cognoscas, imperiti animi est & simplicissimi; perse-
verare verò in eo, postquam agnoveris, contumacia. Si co-
rum, quos tu Calvinianos nominas scripta non limis,
more vestro, aspexissem maturius, & non solum ab a-
liis excerpta usurpassem, sed cum præcedentibus & sub-
sequentibus, adeoque cum integro contextu contu-
lissim: quæ mea semper fuit in legendis autoribus *ἰσ-*
κία, ejus profectò non fuisset oblitus. Nunc dum
Schlusselburgio, Heilbrunnro & similibus fidem ad-
hibeo, dum satis esse puto, reperiri verba, notari pa-
ginas: in communem errantium viam abductum me,
vel serius deploro. Quod exemplum ubi ceperint æ-
mulari, quibus dolent Ecclesiæ vulnera: major dubio
procul sperabitur quies: tametsi quid sperare possis
in tanta non quorumlibet saltem de rure præconum,
sed qui in oppidis etiam plebem volubilitate quadam
linguæ trahunt, ut nil nisi Catadupa criminationum
& condemnationum ubiq; ferè audias.

XXIV.

Quam in vestris de prædicis, Balduine, modestiâ ad th. XXIII.
meritò suspicienda: nec ego de vestris principaliter,
atque questus sum, qui integras sæpè describunt pagi-
nas, totas ediscunt conciones: & interdiciunt tamen
lectione librorum, quos ajunt venenatos, & calumni-
antur.

antur tamen quos mercedis suæ habent pararios. Major certè debebatur gratia iis: nec dissimulandi erant, à quibus profecerant, aut per quos famæ & fami suæ consuluerant. Exemplorum, quia odiosa sunt, recitatione supersedeo: adduci certe poterant absque negotio.

XXV.

ad th. xxiv.

Quis verò unquam exiger, ut omnia eorum dicta tanquam oracula sacra amplectamini, nec iis, quæ contra apertam Scripturam Ecclesiæ obtrudunt, contradicatis, nec manifestas blasphemias damneris. *Dura certè nimis conditio*, & sanctis Scripturis contraria, quæ jubet probare spiritus, an ex Deo sint. Legite saltem animo non irato, non affectibus præoccupato: probate & ad Scripturæ amussim examine. Eandem quoque nobis concedite libertatem in lectione autorum: & quomodo Hieronymus Origenem, Tertullianum, Arnobium & similes Scriptores Ecclesiasticos Græcos pariter & Latinos legi censuit: ut omnia probentur, bona teneantur, ex præcepto Apostoli: ita nos in lectione sive Lutheri, sive Brentij, sive Hunnij, sive aliorum quorumcunque versari sinite, ut omnia probemus, nec nisi consona Scripturis recipiamus, quin immò salva ipsorum honorificentia quædam relin-

ad th. xxv.

Aug. ep. iii.

Aug. lib. 2.
de bono
persev. c. 21.

quamus, exemplo Augustini, cuius supra laudavi vocem: quæ & Censor ipse probavit: cui alludit hæc altera: *Neminem velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errare perspexerit: nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractando suscepi, ut nec meipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrerem.*

Hac

XXVI.

Hac libertate concessa, non illicò suggillare dicetur aliorum labores, qui non singulas admiserint phrasas & opiniones: nec vel nobiliss. & literatiss. Dn. Simon Vlrici Pistoris, cuius ingenium æstimant docti omnes, vel Mauricius Neodorpius, qui se Lutheri amantissimum profiteretur, nec D. Fabricius sanctissimos Lutheri labores suggillasse, aut ejus nomen *nequissimè* (verbum modestiæ scilicet) dicendi sunt: ubi salva autoris honorificentia ab eo discessionem aliquam fecere. Hoc nimirum *ἀστυα* plusquam iniquum: postulât recipi omnia, pro orthodoxis censeri omnia, quæ vel à Luthero, vel recentioribus edita: si dissentias, Apostatam, hæreticum, & uno fulmine Calvinianum detonant: reformatorum verò Scripta etiam legi nolunt: sicut Bibliopolis Academiæ nostræ, instinctu Theologorum, frequenter memini ante annos non ita multos prohibitum, ne Calvinisticos quos vocant libros publicè distraherent.

ad th. xxvi

XXVII.

Falsum quod à quibusdam committi dixeram testimonium, hoc est: quod nonnulli *τοὺς θεοπροφῆταις* tot reformatis affingunt Paradoxa: ipsos non credere Deum, non omnipotentem, non misericordem, non veracem, &c. & ut compendio verborum utar, nullum amplecti serio fidei Christianæ articulum, ad sacram cœnam convivantium & potantium more confluere: & quæ sexcenta alia: numquid hæc non insignis *ψευδομαρτυρία*? Profecto unice hoc agunt & studio summo plerique: quod cum querimonia dictum à Cypriano: *Vulgus in odium nostri nominis cogunt, ut nos odisse incipiant homines ante*

ad th. xxvii

Cypr. de
idol. vanit.

D

quam

quam nosse: ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint.

XXVIII.

ad th. xxix. Capernaismos, Marcionismos, Manichaeismos, Nestorianismos, Eutychianismos, utrimque reciprocari, nunquam probavi. At vetus haec criminatio, teste Vigilio Martyre ex 2. libr. contra Eutych. Qui volunt duas ore fateri naturas, quas fidei expositione defendunt, Eutychianista reputantur, cum non sint. Item, qui duas unius Christi naturas publice profitentur, Nestoriani putantur esse, cum non sint: & videas eos luctuosis quibusdam & omni lamentatione dignis insultationibus, haereticorum nomine se invicem accusare: tu, inquit, Eutychianus es, & tu Nestorianus es; Apostolica sententia in totum ablit, dicentis: Videte, ne cum invicem vos accusatis, ab invicem consumamini. Rogo vos, cum sensu incolumes sitis, cur vocibus insanitis? cur perverso vocis timore erratis qui recta fidei stabilitate, mentis professione consistitis. Haec ille, quem Jacob Andr. Dormilium honoris ergo nominaverat.

XXIX.

ad th. 28. Cf. 13. 4. Ego sum Dominus, & absque me non est Salvator. ad th. 19. Salvator nobis unus est; quem novum εἰρωτικῶς Censor introducit, illum hoc nequicquam maestamus honore: nec alienam litem necessum nostram fieri: nec trabem, quam nostris ille intrusam cupit oculis singulari zelo, in novo, hoc est Ubiquitistico caelo adhuc deprehendimus. Insaniam interim in tuo Conisterio, quia ipsi omnia πάντα νόμις, magniq; Zelotæ nomen inter suos porro obtineat Balduinus. Quorsū tamē illa, ut mollis, simē loquar. τὰ πομπηνεία? nobiliss. dn. Pistoris ὁ μακαρίτης Apologeticū suum nominavit peculiari receptoque in Aulis & Curiis stylo Latino-Germanico Salvationem: Ergo Salvator dici voluit, sive meruit? At ψευδὲς ὄνειδος, & πρῶτον τῆς ἀκοῆς: falsum probrum non ultra aures: ex veteri Adagio.

XXX.

Satis nunc praefatum: altius assurgit Censoris oratio, & ante alia discessum à Reformatis meum in undecim notat articulis. Rectè: nec enim in hominum, verba juravi unquam, nec vel Calvinum, vel Bezam, vel Lutherum, vel quemcunque alium in sacris Ducem nisi CHRISTUM agnosco. Discesserim alicubi & phrasibus & sensibus à Reformatis: idcirconè à fide, à veritate, à recta religione! Videt ergo Lector, quantum mihi injuriam fecerint & faciant, qui apostofias, qui transfugii, qui defectionis notam immerenti inultam volunt. Meam ego professus sum fidem Compendio, non aliorum: & correxi ea, quæ teneræ juventuti quasi certa obtrudere, nec debui nec potui. Suas aliis relinquo phrasas, locutiones, sententias. Duo saltem hic explicationis ergo attingam: Unum: me, cum fidem ὁργανικὴν sive instrumentalem statuo Electionis causam, minimè adversari Polano. Ille enim consilium aut decretum DEI respiciens, nullam meritò agnoscit causam σῶεργον vel ὁργανικὴν, quatenus causis efficientibus ea annumeratur: quia Electio non propter fidem praeviam facta, ut Pelagiani quondam contendebant: & idcirco in Syntagmate suo Theologico prolixè suam astruit sententiam; confutata contraria: sed fidem ego Electionis tanquam objecti causam facio instrumentale: quia sicut absq; fide Justificatio & salus: ita absq; eadē Electio, apprehēti nequit Er ita D Parey laudat Hunnium, quod reſtè statuerit, fidem ingredi Electionis mysteriū, non ut causam meritoria, propter quā Deus nos eligat: nec propriè ut causam instrumentale, sed ut partem divina illius Θεωσῆως sive or tinis, quem Deus aeterno suo Electionis decreto inclusit, b. e. ut medium, quod ad finem Electionis consequendū ordinavit.

ad th. 30.

t. 1. p. 682. & seqq.

In 9. cap. ad Rom. pag. 901.

vit. Media. a. ad finem sunt Electionis non causæ sed effecta: ad quæ electos prædestinavit, & per quæ eos ad finem, h. e. ad salutem dirigit. *Alterum* quod nihil in loco de Persona CHRISTI *ὑποουλον* sit, ubi de donis in tempore Christo datis agitur: cum non finita saltem, sed & infinita dona (non enim *ἡ ἀσπίς ἐξ οὐρανόθεν* in cælo & in terra, & potestatem illam, quam Daniel æternam nominat, dixerim ego finitam) Christo collata agnosca. In reliquis facilem fore conventionem Censor ipse opinatur, detractâ, non ut ille loquitur, *ἰσχυροῦς*, sed *πραγματοῦς* & *κατακρίσιμος* Larvâ.

Dan. 7. 13.

ad th. 31.

Sociennis parsum queritur; & quis sociennos suos pro hæreticis habeat? Majoristas, Ambrosianos nominatos dolet: fratrum quoque errores notandos fuisse monet. Non id propositum in errores fratrum inquirere, sed confutare quæ unanimi totius Ecclesiæ consensu jam pridem hæreseos notam subiere: nec eos duntaxat qui hodie in rerum natura: sed qui olim etiam jam falsa sperere dogmata, suis quandoque prodere nominibus, exemplo Epiphaniij, Philastrij, Augustini & aliorum, qui in Catalogis suis diu extinctos, orbi tamē indicarunt hæreticos. Vbi, quos ille pungit fratres, aut in Synodis generalibus, aut ab universa Ecclesia damnatos & legitimè proscriptos docuerit Balduino, aliis ut annumerentur sive schismaticis sive hæreticis, facile assentiar.

ad th. xxxii

In loco *Creationis*, Flacianos statuere DEUM mali autorem, eò quod mali substantiam à DEO volunt conditam, *falsum*, ne dici potest *testimonium*? cum testis ipse sit Censor, qui absurdum hoc ex dogmate Flacii de peccato Originali, quasi ipsa hominis sit substantia, sequi

sequi non negat, & Lectorem tamen, quasi falsimonij cujusdam, testem appellare audeat: Bezam pro Flacio ad supplicium linguæ interea destinans. Flacius tamen eo, qui signatus loco, corruptionem non de læsione tantum sed accipi vult, sicut apud Physicos, de inversione substantiæ ac rerum, quæ veterem substantialem formam aboleat, novamque gignat, cum corruptio unius sit generatio alterius: *Et sicut id, inquit, quod corrumpitur fuit substantia: ita id quod generatur per eam corruptionem, nova est substantia.* Annon v. omnis vera essentialis transformatio respectu suæ productæ substantiæ soli Deo debetur? Annon hic Flacius Deum peccati tanquã substantiæ facit autorẽ. Manifestius autem in orth Con. *Id quod ego nunc dico esse peccatum: illi verò etiã grandius sonantes, dicunt esse fontem fontium omnium peccatorum est per Filium Dei conditum.* Et pag. 23. scribit, *Deum virtutem & vitium hominis nativum, totamque illam pravam imaginem Proles, formare in utero matris.* Cogita ergo Lector, quis hic falsum debuerit formidare testimonium: & an non merito Flacianorum colluvies in errantium classem hoc loco fuerit transferenda.

2. p. Cl.
P. 375

Vide Diss.
2. Hof. de
Pec. Orig.
P. 179.

P. 213

ad th. 33

XXXIII.

Ne nihil esset in loco *de Magistratu*, quod reprehenderet Censor, Bezæ opinionem de hæreticis taxandâ fuisse monet: quod omnium opinionem tueri vel impugnare ego aut debeam aut velim. Plures sunt quibus severior in hæreticos placuit animadversio, quorum judicia ut discrepant: ita juventuti non erant hoc loco inculcanda. Et prostant libelli aliquot de puniendis hæreticis, in quibus diversa diversorum judicia.

D 3

Simi

XXXIV.

ad th. 34.
Calvin lib.
1. Instit. c. 8.
par. 4.

Similiter cavillatur, quod in loco de Desertione, Calvinū nō taxarim scribentem, homo iusto Dei impulsu agit quod sibi non licet. Non extat eo quo signavit Examinator capite sed decimo octavo: & Calvinus tamen non simpliciter ista posuit; sed distinguens inter actiones diversas & causas: Si quos, inquit, nunc magis impediatur quod nunc dicimus, nullum esse Dei cum homine consensum, ubi hoc iusto illius impulsu agit, quod sibi non licet; succurrat, quod alibi admonet idem Augustin quis non ad ista iudicia contremiscat ubi agit Deus etiam in cordibus malorum quicquid vult, reddens tamen eis secundum merita. Ipsius etiam Augustini verba Lectur quæso expendat ex eodem libro. Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum ut per eos agat quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non novit.

Aug. de gr.
& lib. arbit.
cap. 21.

cap. 20.

Luth in assert.
fert. art. 36.
Prov. 16. 4.

Ex. 11. 10.
Item 14. 4.
8.
Deut. 2. 30.
El. 5. 10.
Rom. 11. 7. 8

Et de Simei maledicente Davidi: quomodo, inquit, dixerit Dominus huic homini maledicere David, quis sapiens intelliget non enim iubendo dixit, ubi obedientia laudaretur, sed quod ejus voluntatem proprio vitio suo malam, in hoc peccatum iudicio suo iusto & occulto inclinavit, & c. Lutheri verba æquè dura: Et mala opera in impiis operatur Deus, ut Proverb. 36 dicitur, omnia propter semetipsum operatus est Dominus, etiam impium ad diem malum, quis audeat negare, se etiam in malis operibus sæpe Coactū aliud facere quam cogitavit? VVit. & Basil. anno 1521 De servo arbitrio: non erat in manu Juda, aut ullius creatura, aliter facere aut voluntatem mutare: licet id fecerit volendo non coactus: sed velle opus erat illius, quod omnipotentia sua movebat Deus sicut & omnia alia. Annon durius haesitant scriptura phrasēs: Deum obdurare & obfirmare cor hominis. Deut. 2. aggravare aures El. 6. excacare mentē 1b, & Rom. 11

tradere

tradere in immunditiam & reprobum sensum, Rom. 1. errare facere El. 63. mittere erroris efficaciam, 2. Thes. 2. operari impium Prov. 16. facere malum, creare malum Amos. 3. El. 45. precipere malum 2. Sam. 16. Rennecheri utpote non Theologi aurea nihil quidem ad nos Catena: nec ego phrasium aut vocum omnium Patronum ago: Sit quisque verborum suorum interpres optimus: quemadmodum tritum hoc in Jureconsultorum Scholis: Optimus quisque mentis tuæ interpres (Isti quis intentione 66 ff. de Judic. & leg. inter stipulantem 81. §. 1. Dig. de Verborum obligat.) Interea tamen expendat Lector, an tanta Rennecheri verbis insit impietas ubi reproborum studium dicit esse divinitus maledictum. Maledicti certè sunt reprobi. Et quomodo non maledictum illorum studium divinitus, cum abominatio Domino sit via impij. ἐκ τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπιμαρτύρεται ἐξ ἑαυτῶν ἐγένοντο, Theophylact. Vide Irenæum.

Rom. 1. 24.
El. 63. 17.
2. Thes. 2.
11. 12.
Pro v. 16. 4.
Amos. 3. 6.
El. 45. 6. 7.
2. Sam. 16.
10. 11.

Mat. 25. 41

Prov. 15. 9.
Iren. lib. 4.
c. 78. p. 313

XXXV.

In loco de Prædestinatione nil præter Polani criminationem requiritur, qui tamen cur fidem non velit nominari causam Instrumentalē multis probavit argumentis: quæ omnia ubi probè confutata fuerint à D. Balduino, penes quem mansura Veritas, ei assensus præbebitur.

ad th. 35.

Polan. lib. 1
Syntag. p.
682. & seq.

XXXVI.

In loco de Evangelio nihil desiderat Examinator, quam Pezelij castigationem, quem interdum aliter docere in Objectionibus suis tradit: quasi nullus explicari debeat articulus citra ψόρον καὶ λοιωργίαν alicubi dissidentium: aut quasi uni eidemque Interpreti non concessum, illustrioribus quandoque verbis explicare, quæ alibi vel strictius, vel obscurius sentit tradita.

ad th. 36.

Jmmō

Immo & mutare licet incommòdins dicta : siquidem Augustino teste, magnæ est sapientiæ, hominem revocare, quod malè locutus est.

XXXVII.

In loco de Prædestinatione approbat causam Reprobationis statui infidelitatis & peccata hominũ: sed non ad palatum aliorum Calvinianorum, qui reprobos nullo indignitatis respectu exitio destinatos esse doceant: Citat Bezam in 9. cap. ad Rom. ubi decretum Dei non dependere docet sive ab eligendorum dignitate, sive reprobatorum indignitate, Augustini allegans sententiam. Interim nec intuitum ad fidem, aut infidelitatem omnem sustulisse putandus est, nec aliter intelligendus, quam exposuit in libello quæst. & respon. Aliud est decretum de servandis electis, quam ipsa electorum glorificatio: aliud est decretum de damnandis reprobis, quam reproborum damnatio: cum decretum ipsum necessario distinguendum ab ejus executione. Pendet igitur à fide Christum apprehendente executio decreti electionis, nempe electorum salus: & à peccato & ejus fructibus pendet executio decreti reprobationis, nempe reproborum damnatio: juxta illud Propheta: perditio tua ex te Israël. Zanchius verò. Mala, inquit, opera damus legitimam esse causam, propter quam damnantur, quicunque, damnantur: ac proinde neminem futurum esse, qui quod damnetur, culpam in Deum transferre queat, cum eam habeat in semetipso. Ita Calvinus: Unde apparet, quam per-versa sit obstrependi affectatio, quod data opera supprimunt, quam in se agnoscere coguntur damnationis causam: ut Dei prætextus eos liberet. Atqui ut centies Deum esse autorem confitear, quod verissimum est, non protinus tamen crimen eluunt, quod eorum conscientis insculptum subinde eorum oculis recurrit. Eodem libro benè & verè dici ait, si respondeatur, sic fieri à Deo quia impietate,

August. in Ench. ad Laur. c. 93.

2. pag. 686

Ose. 13. 9. Zanch. lib. 5. de nat. D. c. 2. p. 561. t. 2. Calv. lib. 3. Instit. c. 13. par. 3.

cap. 24. par. 14.

tate, nequiti a, ingratitude sua meriti sint homines. Distingui autem solet inter reprobationem, & damnationem. Illius, sicut nec Electionis, causa dari non potest alia, quam εὐδοκία: hujus a. damnationis inquã, causa, peccatum est. Si enim ob peccatum sive originale, sive actuale, reprobatio: utique quia in peccatis concepti & nati omnes, quia omnes peccaverunt & carent gloria Dei, omnes forent reprobat: quod astruere, λίαν ἀθεόλογον, λίαν ἀσεβές.

XXXVIII.

Hactenus ad generalia quæ objecit Censor. Deinde articulos proponit, in quibus à doctrina pristina divortium factum esse probare contendit; quo candore, qua fide, pie Lector, consideres. In loco de Deo distinctiones voluntatis adducit, quas prior editio iisdem, exhibuit verbis: nimirum de voluntate Dei arcana & patefacta: voluntate signi & beneplaciti. Quia verò nescio quo more Sophistico, de sensu exponit Calvinistico: eumque ego sensum nunquam admisi, nec ab Orthodoxis admissum vidi: (quis enim tam impius, ut in Deo duas statuatur contradictorias voluntates! quis adeo sacrilega voce Deum aut credat, aut cum Balduino dicat διψυχον, vel hypocritam sive etiam δισημον; quis aliud in arcano suo consilio de nobis decrevisse Deum sentiat, quam Verbo revelarit:) propterea judicium Ecclesiæ permissum cupio, quomodo in articulo de Deo à pristina doctrina & fide, ullum fecerim divortium.

XXXIX.

Distinctionem Voluntatis signi & beneplaciti Scholasticorum esse, non nescit Examinator, & non aliter à Reformatis intelligi, quã Lombardus exposuit, esse nimirum aliqua (Magister sent. quinq; numerat apud Durandum & Gabrielẽ & Cajetanũ, huic inclusa versiculo: 46. q. 7.

ad th. 38.

De DEO.

ad th. 39.

ad th. 40.

ad th. 41. Magist. sent. ap. Dur. in 1. dist. 45. q. 3. Gab. dist. 46. q. 7.

E

Præcipit

Præcipit ac prohibet, permittit, consulit, implet) qua dicuntur secundum tropum, Dei voluntas, quia signa sunt divina voluntatis, qua una est & immutabilis, sc. Dei beneplacitum: Ideoq; diligenter distinguat Lector (verba sunt Lombardi,) ubi de voluntate Dei scriptura commemorat, juxta quem modum accipi oporteat, utrum pro beneplacito Dei, an pro aliquo signorum ejus. magna enim est adhibenda discretio in cognitione divina voluntatis: quia & beneplacitum Dei est ejus voluntas: & signum beneplaciti dicitur voluntas ejus. Sed beneplacitum ejus æternum est: signum verò beneplaciti ejus non, & consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, & ipsi rerum effectus ab illo non discordant. fit enim omne quod beneplacito vult fieri; & omne quod non vult fieri nequam fit. Non ita autem est de signis: quia præcepit Deus multis ea que non faciunt, & prohibet, que non cavent, & consulit, que non implent.

XL.

ad th. 42.

Dan. p. 1293
oper.

Zanch. lib.
3. de nat.
D. c. 4. p.
256.

Jam probandum erat Balduino, aliter docere Reformatos, nec affingendus saltem illis sensus, verum etiam testimonij alicujus evidentiam astruendus. Scholasticorum illam distinctionem Danæus, non probat, & perperam monstrat vocari beneplaciti voluntatem, quæ nobis ignota est, cum quæ in verbo patefacta, sit βέλεια & ἀρεσκον τὸ τέλος. Polanus non uritur ea distinctione in Syntagmate: si qui alij, certè non aliter, quam Lutherus ipse; quem & ego hic secutus. Zanchius ipse, et si, inquit, multa videantur esse partitiones divina voluntatis: omnes tamen ad unam redigi partitionem: ad voluntatem sc. absolutam atq; arcanam, quæ etiam Beneplaciti appellatur: & ad voluntatem revelatam ac conditionalem, quæ etiam signi non immeritò nominatur voluntas: addit verò: licet propter diversa, quæ vult Deus, & propter diversas rationes, quibus velle videtur, & quibus suam explicat voluntatem, multa dicantur ejus esse voluntates: non ideo tamen impediri, quin una tantum sit reapse Dei voluntas, eaq; constans & æterna. &c.

XLI.

Voluntatis distinctionem in efficacem, & inefficacem: nunquam legi, nunquam admisi: quis enim non efficaciter velle Deum, quicquid vult ipse, credat; voluntati enim ejus quis resistet? Rom. 9. omnis, ait ipse, voluntas mea fiet, Ef. 46. Quomodo ergo hic luditur ambiguitate: cū nulla sit inefficax voluntas? aut quomodo per invidiam dicti Calviniani voluntatem Dei in reprobatis putant inefficacem, cum eos dicunt nunquam ad agnitionem veritatis venire Deum voluisse? Quid ergo hic monendum? aut quomodo concludetur, divortium à fide in hoc articulo de Deo factum esse?

ad th. 43.

Rom. 9. 19.
Ef. 46. 10.
ad th. 44.

XLII.

At enim vero, contra tot Reformatorum tam publicas, quam privatas, obtestationes, excusationes, audet adhuc cum imperita vulgi turba Examinator illis affingere blasphemum hoc & verè Diabolicum dogma: Deum esse peccati autorem: & perluadere id laborat verbis quibusdam aut locutionibus perperam intellectis, vel malè detortis. Negari certè & potest, & debet, quod Cinglius Deum primum nominet autorem, quod peccatum & injusticia simus. Nil horum, sed contrarium occurrit: Non est peccatum, inquit, quod fecit Deus, sed hominè & Angelo est: illos n. Lex premit & accusat: Deo cum Creaturis suis liberè licet agere, non minus quam patri familia cum rebus suis quàm figulo cum luto. Sanè hoc scribit: numen esse autorem EIUS, quod nobis est injusticia: illi verò nullatenus, id est Legis suæ, quæ hominè fecit transgressorè: sed autorè esse, ut nos simus peccatū & injusticia, nuspiam apparet scriptum: & quomodo legem tulerit præcipiendo, nec quicquàm tamen injustè facièdo, prolixè toto exponit capite. Quid ergo dicemus: Lex peccatum est. absit.

ad th. 45.
de Defertione.

ad th. 45.
Cingl. lib.
de provid.
c. 5.

p. 364. para

Rom. 7. 7.

XLIII.

Calvinus ait, Deum Diabolo linguam serpentis præter ordinariū

E 2

natura

natura usū commodasse: quemadmodu si quis alteri gladiū & arma suppeditet; E. autore peccati facit Deū. At in eodem capite idē, nihil, inquit, minus probabile, quā Deum peccati cēseri causam, quod tot atrocib. pœnis ultus est. Item, cum dico: non sine Dei ordinatione & nutu lapsū fuisse Adam, non ita accipio, q. peccatū illi unquā placuerit, aut simpliciter voluerit præceptum, quod dederat, violari, quatenus rectū & benè cōpositi ordinis ever- sio fuit Adæ lapsus, quatenus in Deū legislatorē contumacia, & iusticia transgressio. Dei voluntati fuisse adversam certū est. horum tamen nihil obstat, quo minus certa de causa, licet nobis incognita, hominē labi voluerit. Estnè hoc statuere Deū peccati auto- rem, quia permisit, siue commodavit animal, aut etiam lin- guam serpenti? Ergo Augustinus, perindè autorem pec- cati faciet Deum, inquiens, nec sanè debemus opinari, quod serpentem sibi per quem tentaret, persuaderetq. peccatum Dia- bolus eligeret: sed cū esset in illo propter perversā & invidā volun- tatē decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permissus est: nocendi n. volūtas potest esse à suo quoq. animo „prava: non est a. potestas nisi à Deo. & hoc abdita atq. iusticia, „quoniā non est iniquitas apud Deū: quid ergo mirum, si per ser- „pentē mali quid agere permissus est Diabolus, cum Dæmonia in porcos intrare Christus permiserit? Bonaventura etiam, Ideo inquit, immensitas divina sapiētia sic ordinavit, quod callidissi- mus invisibilis hostis spiritualiter insidians ac ladens, per serpen- tem aggressus sit hominem impugnare, ut inter instrumentum & ejus motorem esset proportio.

XLIV.

Procopius Gazæus in 3. c. Gen. quæstione proposita: Igitur Diabolus nequiverat sermonis usū tribuere serpenti, & ejus mutare naturam? respondet, nequaquam: hoc enim quasi pecu- liare munus Dei est. Ceterum Deus, qui per liberum arbi- trium fortiter decertantibus coronas proponit, cum conspexisset Diabo-

lib. II. de
Gen. ad lit.

Bonav. lib.
2. sent. dist.
21.

Procop. in
3. Gen.
p. 60.

Diabolum observare hominem, & instituisse hunc fraude dolisq. circumvenire, concessit ut hoc fieret, & SUAM CREATURAM “ LOQUENDI FACULTATE INSTRUXIT: ecquid hoc “ aliud quàm linguā serpenti cōmodare? Paulò post idem Procopius: Deus, haud ignorans, qua sententia surgat Diaboli animo, OS SERPENTIS non secus ac Balaami asina aperu- it. Calvini locus adductus ex lib. 1. Instit. si confera- tur cum præcedentibus & sequentibus, facile evincet, non statui DEUM mali delictorii, sed mali ultorii vel punitorii autorem, ut loquitur Tertull. Fateor quidem, inquit, interposita Satana opera sape DEUM agere in reprobos; sed ut ejus impulsu Satan ipse partes suas agat, & proficiat quas tenus datum est Spiritus malus turbat Saulem: sed dicitur esse à DEO: ut sciamus furorem Saulis à JUSTA DEI VINDI- CTA prodire. Certè Augustinus non solum docet, uti Deum cordibus etiam malorum; sed & ipso, inquit, Diabolo utitur pessimo, sed optimè, & c. Nonne apud Lutherum simi- les in usu phrases? Satana, inquit, voluntatem Deus ma- lam inveniens, non autem creans: sed deserente Deo, & peccante Satana malam effectam, ARRIPIIT OPERANDO & MOVET quorsum vult, licet illa voluntas mala esse non desinat, hoc ipso MOTU DEI.

XLV.

Synesius Episcopus Cyrenæus: οἱ κακοποιοὶ δυνάμεις Epist. 57.
ἐν κόσμῳ συνελάσσι μὲν τῇ χεῖρ᾽ αὐτῆς παρονοίας: malefica potestates in mundo conferunt usui providentia: ὅταν ᾗ ὑπερηστήσωσι τὸ θεῖον βελήματι, καὶ γένωνται δῆμιοι τέτοις ἐφ' ἑς κατὰ πέμπτον) δέον ἐπι- σαι χάρων τῆς ὑπαγωγῆς, τότε δὴ μάλιστα καὶ κολάζον): posteaquam obsecuti sunt divinae voluntati, & fuerunt carnifices horum, con- tra quos mittuntur, cum oporteat persolvere gratiam opera, tum sanè maximè etiam puniuntur. Θεῖας σοφίας, ἀρετῆς καὶ δυνάμειως ἕξον

cap. 18.
par. 2.

I. Sam. 16.
vers. 14.

Aug. lib. de
grat. & lib.
arbit. c. 20.
Luther. de
ferro arbit.
c. 149.

ἔργον εἶναι, ἢ μόνον το ἀγαθοποιεῖν: ἀλλὰ κακῆνο μάλιτα, τὸ ἀγαθὸν κα-
 κῶν ὑπνοσηθέντων πρὸς ἰνῶν, ἀγαθόν ἢ καὶ χεῖρον τέλει δὲ πτελεῖν,
 καὶ ὁ φιλίμως τοῖς δοκῶσι Φαύλοις χεῖρα: id est: *divine sapientie,*
virtutis & potestatis munus est, non modò benefacere: sed etiam
maximè per mala excoꝛitata à quibusdam bonum aliquem finem
& utilem efficere, & utiliter his, quæ videntur improba, uti.
 Ὅταν αὖ δεῖται κολασῶν, χεῖται νῦν μὲν ἀγαθὰ ἀρχαῖς ἀκρίδων δαί-
 μοσι: νῦν ἢ ὧν ἔργα λοιμοὶ, καὶ νῦν μὲν ἔστιν βαρβάρων, νῦν δ' ἀρχοντι
 πονηρῶ καὶ κατὰ πᾶζ εἰπεῖν, ταῖς ὑπὸ πηδείοις εἰς τὸ ποιῆσαι κακὰ
 δημοσίαις φύσει. &c. *quando eget punitoribus; utitur nunc qui-*
dem genis ductoribus gregis locustarum: nunc autem quorum-
opera pestes, nunc quidem gente barbarorum, nunc autem im-
probo Magistratu, & ut uno verbo dicam, aptis ad inferenda
mala publica, naturis. Ibidem dicit, Judam ἐπερὲς ἦσαι τῶ χε-
 ῶν; quod interpret reddidit: *inseꝛvisse decreto fatali.* τὸ χε-
 ῶν Apostolo Petro est ἐπιστολῆ βελή καὶ πρὸς γνώσεως τῶ θεῶ,
 definitum consilium & providentia DEI.

Act. 2. 23.

ad th. 45.
 Calv lib. 3.
 Instit. c. 23.
 par. 4.

par. 8.

XLVI.
 Quem præterea adduxit locum ex 3. libr. Instit.
 non in 28. (quale nullum extat) sed 23. par. 4. Cando-
 ris Theologici peculiare ostendit specimen. Calvinus
 quæstionem movet: *Rursum, inquit, excipiunt, nonne ad e-*
am, quæ nunc pro damnationis causa obtenditur, corruptionem,
Dei ordinatione prædestinati antè fuerant? Hanc ἐρώτησιν si-
 ve quæsitum hoc, Calvino tribuit Censor, quasi con-
 clulum: cum paulò post tamen eam objectionem vo-
 carit ipse *obtreꝛtationem,* & in hominibus causam esse
 damnationis superius affirmarit: disertis etiam verbis
 scripserit: *sic ex Dei prædestinatione pendere reproborum perdi-*
tionem, ut causa & materia in ipsis reperiatur.

Beza

XLVII.

Beza opinionem, *Deum ad causas etiam damnationis* ad th. 46.
prædestinasse quoscunq; libuit, cui & alii subscripsere, non
 necesse est simpliciter amplecti. Interea tamen cogi-
 tandum Balduino: an non qui ad salutem æternam
 prædestinavit homines, eosdem ad media etiam salu-
 tis prædestinarit: & ἐξ ἐναντίας, à contrario: numquid
 non idem de opposito sentiendum: ita tamen, ut ad
 media damnationis, hoc est, ad indurationem & ex-
 cæcationem præordinasse dicamus, *non quatenus peccata*
sunt, sed quatenus sunt pœna peccatorum. quemadmodum
 Lib. 4. c. 10
 pag. 705.
 Fulgent.
 lib. 1. ad
 Monimū,
 fuse exponit in Syntag. suo Polanus, adductis etiam
 Fulgentij verbis: quibus hominem ad peccatum desti-
 natum esse negat. Duplicia etiam sunt media: alia,
 quæ antecedunt quocunq; modo finem, hoc est, qui-
 bus utitur is, qui ad finem tendit, & quorum auxilio
 assequitur & perficit finem, quem intendit. Ea potest
 is quidem admittere, sed non sequitur eum velle:
 quemadmodum in Catech. Ursini, sub titulo de æter-
 na DEI prædestinatione, objectionem hanc dudum
 solutam Φιλομαθεῖς apprehendent.

XLVIII.

Et quid opus vel ἀκυρολογίας, vel peculiare alio- ad th. 47.
 rum δόξας, aut veras etiam uniuscujuslibet tueri sen-
 tentias: legantur Orthodoxorum Scripta citra bilem,
 conferantur cum Scriptura, cum antiquitate, cum Lu-
 thero in hoc articulo *Prædestinationis:* non difficul-
 ter patebit συμφωνία. Quod si in verbis alicubi dissidi-
 um: non ipsam statim labefactatam putemus fidem;
 & Πηφικέσθον quæ durius sonant, interpretemur: neque
 statim hæreseos damnemus, si quæ sunt δυσνόητα
 aut animos simpliciorum offendunt non infor-

Theod. de Fide.

Chrysoft. homil. 13. in 2. ad Corinth.

matos. Δελοῦν τῆ μεγάλῃ ἀνδρῶν ζωφρονέντων ἴδιον σὲ εἶναι ἐν τῆ πίστι: dicebat scitè admodum Theodoretus: præconcep- tis servire opinionibus de fide, hominum non est prudentum. Chrysoftemi etiam votum & consilium longè aliud: *Obsecro, inquit ille, & oro omnes vos, ut relinquatis, quidnam huic vel illi videatur, deq; bis à Scripturis hæc omnia requirite.*

XLIX.

Hugo lib. 1. de Sac. p. 4 cap. 11.

Præclarè etiam Hugo ille Victorinus: *Leve, inquit, est & sine conscientia scrupulo dicitur, Deus vult bonum, & cum dicitur benè sonat, Deus vult bonum; si verò dicitur, Deus vult malum, gravè est auditu, & non facillè recipit hoc pia mens de bono, quia malum vult. Videtur enim hoc solum dici, cum dicitur, Deus vult malum, quia bonus malum dirigit & approbat, quod pravum est, & amicam sibi reputat iniquitatem, & gaudet de consimili, & bonum putat, quod malum est. Et ideò refutat hoc mens pia, non quia quod dicitur, non benè dicitur: sed quia quod benè dicitur, non benè intelligitur.*

L.

ad th. 48.

1ac. 1. 13.

Negavit Calvinus, Deum esse autorem peccati, & nos ad peccandum impellere: in Jacob. j. Serio negasse quis serio dubitet, cum vel centies in scriptis suis repetierit, inprimis verò contra Libertinos expressè dicat: *cum DEO nihil magis proprium sit, quàm sua bonitas, ipsam à se abnegari oporteret, & in Diabolum transmutari, ut malum efficeret, quod ei ab istis (Libertinis) tribuitur. Audiamus ipsius Apologiam ex brevi responsione ad cuiusdam Nebulonis calumnias: Calvinum eo scripto perstringi certum est, quem ab hac blasphemiam, cujus insinuat nebulo iste, magis remotum esse constat, quàm ut longa purgatione opus sit. Ubiq; in Scriptis suis clamat, quoties de peccato agitur,*

pag. 518. opuscul.

pag. 846.

non

non miscendum esse DEI nomen: quia in DEI naturam non nisi perfecta reſtitudo & equitas competit. Quam putida itaq; calumnia est, hominem de Ecclesia DEI benè meritum crimine hoc involvere, quasi Deum faciat autorem peccati? Hæc ipse de seipſo. Legantur sequentia, inprimis verò quid ad articulos ex libris tum Latinis tum Gallicis decerptos responderit: ubi quæ hodiè sparguntur voces & calumniæ, ab autore ipſo satis discussæ, ut nec meo, nec alterius egeat patrocinio,

pag. 852. & seqq.

LI.

An à Luthero dissentiat in loco de providentia, & prædestinatione ostendet collatio sententiarum: nostri instituti non est, utriusque phrasæ excutere, sufficiat monstratum hoc, quod Lutherus aperte scribat, *DEUM etiam operari mala. DEUM enim inquit, operari bona & mala, nosq; mera necessitate passivè subjici DEO operanti: item; in nobis, id est, per nos DEUM operari mala, non culpa DEI, sed vitio nostro, qui cum simul natura mali, DEUS verò bonus, nos actione sua pro natura omnipotentia suscipiens, aliter facere non possit, quàm quod ipse bonus, malo instrumento malum faciat; licet hoc malo pro sua sapientia utatur benè ad gloriam suam & salutem nostram.*

ad th. 49. & 50.

Lib. de ser- vo arbit. cap. 199.

LII.

Ipsam verò actionis vitium DEO adscribere Calvini, unde probabitur? Audi quæso, quid Calumniatori suo vivus responderit, *Tu olim senties, quàm detestabile crimen sit, in arcanis DEI mysteriis dicaciter tuum more ludere, atq; ut intelligas, non mecum tibi negotium esse*

ad th. 51. & seqq. pag. 859. Opusc.

F

vel

pag. 860.

vel certamen, sed cum iudice caelesti, cujus tribunal non effugies: certè non alio quam Spiritus instinctu pronunciat Job, DE Iesse opus, quod & Satanae & latronum erat: neq; tamen insimulat DEUM peccati: sed benedicit sacrum eius nomen. Et pagina sequente: Hac summa est, cum peccati causa sit in hominibus malae voluntas, DEUM recta sua iudicia per eorum manus exercendo, ad eam culpa non involvi, ut mirabiliter lucem gloriae suae ex tenebris eliciat. Et quidem in eo libello, qui furias istas ex profundis inferis contra me excitavit, subindè occurrit clara illa distinctio: nihil esse iniquius, vel magis praeposterum, quam DEUM trahere in societatem reatus, dum per manus Diaboli & impiorum iudicia sua exequitur, cum in ratione agendi nulla sit affinitas. Ceterum jam ante annos duodecim editum à me opus est, quod me à putidis istis calumniis satis superq; vindicat: ab omni autem molestia debebat immunem reddere, si qua in te ac similibus esset humanitatis gutta: delirium enim illud, quo jam multos fascinaverant Libertini, monstruosum hominum genus, quam dextrè refutaverim, non jacto. Certè ex professo causam illam agenda suscepi, & luculentè exposui, DEUM peccati non esse autorem. Hæc ille, & nunquam tamen quievit, nec adhuc quiescit Diabole.

LIII.

ad th. LV. & seqq.

Neque verò pro Petro Martyre sudandum. Satis erat id ipsius verbis declarasse, quomodo improprie locutus dixerit, DEUM aliquo modo causam peccati; veluti si quis Solem dicat noctis causam, propter subtractionem lucis. Cur me autem libuit per orbem traducere, quasi non obscure statuam, DEUM aliquo modo peccati causam esse, cum tamen Polani laudarem sententiam;

Nullo

NULLO MODO esse peccati autorem. Millies potius cum Chrysofomo defodi in terram malim, quam Diabolicum hoc & detestabile saltem cogitatione amplecti dogma, DEUM peccati causam esse: βέλιον, ait aureum illud σόμα, καπορυγῆσαι μερῶν αἰσ, ἢ ταῦτα θεὸν ἀκῆσαι δι' ἡμᾶς.

Homil. 13. in Act. Apostol.

LIV.

Sed Martyr, mea non eget defensione: loquitur pro se ipso, hunc in modum: Scio me traduci, quod faciam DEUM causam & autorem peccati, quod non est verum, ut liquido patebit: sed mea doctrina tantum sum conatus exponere, quomodo Scripturae sint intelligenda, quando id videatur asserere: quomodo item Augustinus, qui dixit: DEUM inclinare voluntates hominum, tum ad bonum, tum ad malum: quo etiam pacto accipiendi sint Cinglius & Oecolampadius, alijq; doctissimi viri, Professores Evangelij, cum hoc asserere videntur. Subjungit postea ἐνθεον satis perspicuam, quam describi non attinet.

t. 3. opus pag. 46.

LV.

Quis verò Candor, quæ fides in cathedra Lutheri? quæ, nec ipsi qui autores perhibentur, agnoverunt paradoxa impura, imputare ei, qui non tam Patronum egit Martyris, quam mutatae suae opinionis: quare videlicet, nec Martyrem, nec alios accusare deinceps cupiat publice, & coram Ecclesia, cum toties, abesse se ab hoc immani scelere contestati sint: & de his ac similibus lædoriis rationem iudex ille omnium gravissimam propediem exacturus sit.

ad th. LIX.

LVI.

Dilemmatis solutione opus non erat: nec assumtum

Aug. c. 95.
Enchirid.

tum fuerat illud *ὡς ἐν τοῖς ἁγίοις*: integra saltem Martyris verba recitabantur: & jamdiu Augustini constabat *ἄλλοις*: non fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo. Permisit verò non invitus, id enim esset cum tristitia, & potentiam se majorem haberet, inquit idem alibi, sed volens. Permissio igitur est genus quoddam voluntatis. *τὸ μὴ ἐκείσθαι*, quod inter simplex *ἐκείσθαι καὶ ἀκείσθαι* seu βίαιον intermedium ponitur, DEO non convenit, in quo nulla ἀγνοία, nec suspensa voluntas: repugnat etiam libertati summæ, quæ in DEO: cui procul dubio quam facilè est, quod vult facere: *τὰμ facile est quod non vult esse, non sinere*.

Aug. c. 96.
Enchirid.

Certe quicquid fit aut ignorante aut sciente DEO fieri fatendum est: illud asserere βλάσφημον: Ergo DEO sciente fit, quicquid fit, & eodem vel nolente, vel volente: si dicas volente vel non volente, sive *μὴ ἐκείσθαι*, subicies DEUM superiori potestati, exues eum libertate, repugnabis veterum auctoritati, imprimis Arnobij & Augustini. ubi expressè, non fieret (malum) si non sineret: nec utiq; nolens *ἴσθαι*, sed volens etiam Lutheri, ostendentis quomodo Deus velit & nolit mortem.

Arnob. lib. 7. cont. Gent.

Aug. lib. 5. de C. D. c. 9

de grat. & lib arb. c. 21.

in Enchirid. c. 100.

Luth. de sermo arbit. cap. 109.

ad th. 60.

LVII.
Nihil fuit in articulo de Deo erroneum, nihil etiam mutatum: ausus tamen eorum, quorum verba *ἐξηγήσθαι* & apologias ergò adduxeram, in me derivare contumeliam, sed est qui videat & judicet. Inde transitur ad locum de PECCATO: & in initio de nominibus certat sectariis, quæ satius fuerat deponere; inter Flacianos tamen & Lutheranos, hoc est, in scholasticorum, natam

natam hanc fuisse controversiam, in trivio cer tè notū. Nec Strigelium Calviniani nomen apud Jenenses tulisse, cuiuspiam hæcenus exploratum.

LVIII.

Ubi autem probandum fuerat Balduino, à Veteri fide me hic deflexisse, Calvinum rursum aggreditur, & quamvis non malè dixisse cum agnoscit, ubi idem facinus Deo, Satana, homini assignat, reprehensione tamen dignum iudicat, quod Deum ipsius male actionis autorem faciat: quia dicit Deum suo modo agere: suo, id est, iustissimo & rectissimo modo, in quo nulla iniquitas: & verò quid agat quod Satan ipse, instrumentum cum sit ira ejus, pro ejus nutu ac imperio hoc atq; illuc se inflectit ad exequenda ejus iusta iudicia: de iustis loquitur iudicijs, non de peccatis. Sed repetatur Calvini apologia thesi quinquagesima.

ad th. 61.

LIX.

Si citra calumniam solide probari potest, Calvinum agnoscere Deum peccati autorem, aut causam efficiētem actionis vitiosæ, speciali illa ratione, seu quatenus vitiosa est: nec verbum amplius pro ipso loquar: quem nec ego Magistrum, nec fidei ducem agnosco: cum unus mihi Magister Christus sit: unus fidei dux & consummator idem. Quamquam insignis hic verborum, Calvini perversio: specialem ille actionem in unoquoque facinore, divinæ sentit motioni & potentiæ subjacere: at nuspiam specialem intelligit Balduini rationem, quatenus vitiosa est. Quis enim discrimen non animadvertat inter actionem ipsam, & actionis vitium?

ad th. 62.

Matth. 23.

Hebr. 12. 2.

LX.

Quid verò obtinuit Censor? Reprehendendus erat

F 3

rat

rat Calvinus : Ergò à veteri fide de Peccato deflexit Pelargus. Egregiam verò laudem ex hac illatione, scilicet. Si excusari apud te nequit Calvinus: tuo abundes iudicio : suum relinquant alijs, nec statim fulmine, erroris nullius convictum, ex arce tua Vvitembergica, ferias.

LXI.

ed th. 63.

Cinglij verbis apologeticis addendum fuisse scribit, egregium illud simile, de tauro petulco: & scitum illud dignumque omnino patella operculum, dignum defensore Pelargo dogma vocat. Dignum profectò recitatore & repetitore Balduino, in Deum etiam blasphemio. Simile illud Lastauri nunquam mihi placuit: sed nec ineptà aliorum: nec hoc Lutheri, ubi *πορνολογία*, Saxonibus etnem *Donrey* / vel *Aqualiculo*, Deum assimilat. Et hic cogitandum tamen illud Lutheri:

rom. 6. Ien. Ger. pa. 16. 5

de servo arbit. c. 171. Damasceni. li. 3. orthod. lib. c. 26.

365.

sine controversia verum est: Similitudinem non semper & per omnia quadrare, alioqui non similitudo, neque translatio, sed res ipsa esset, juxta proverbium: Similitudo claudicat, nec semper currit quatuor pedibus. Damascenus, ἀνάγκη ἐν τοῖς ὁμοίοις καὶ τὸ ὁμοίον θεοῦ καὶ τὸ ἀσθενὲς αὐτοῦ, ἐπεὶ ὁμοίον. τὸ δὲ ἐν πᾶσι ὁμοίον ταύτων ἀνὲν καὶ ὁμοίον. Nec tamen negavit Cinglius, Deum sibi ipsi non esse legem: discernere dumtaxat inter homines legi divinæ subjectos, & inter Deum voluit, liberrimè agentem: qui nullius actionis tenetur Creaturis reddere rationem. Proinde Cinglius quòd, inquit, Deus operatur per hominē, homini vitio vertitur, non etiam Deo: hic enim sub lege est, ille liber legis, spiritus & mēs. Cumque divinam providentiam dicimus, hoc aut istud crimen fecisse, quòd hic aut alius patravit: jam IMPROPRIE loquimur: quāvis enim Deus facit, non est peccatum: quia non est contra legem: illi

*illi enim non est lex posita, utpote justo: nam justo non ponitur Lex, juxta Pauli sententiam. Vides ergo Deum non subiacere legi positivæ: quamvis ipse sibi lex sit: & quia justissimus & castissimus, cogitationes tam impuras, tam blasphemias de adulterio Dei, non concipiendas, multò minus chartæ, non sine extremo piorum scandalo, & divina Nemese, illinendas fuisse. Eatenus videtur simile adhibitum: sicut taurus *ὄνος* agens, non agit contra legem: Ita in Deo liberrimo nulla profus *ἀνομία*: & multò minus quam in ulla Creatura. Certè, Deus nec ullorum vitiorum offensione vituperandus, & omnium naturarum consideratione laudandus est.*

LXII.

Quod verò impellendi aut movendi verbo usus Cinglius est: imitatore sive æmulum habet Lutherum: qui de servo arbitrio: quando, inquit, Deus omnia in omnibus MOVET & agit, necessario MOVET etiam & AGIT in Satana, & impio. AGIT autem in illis taliter, quales illi sunt, & quales invenit: hoc est, cum illi sint averse & mali, & RAPIANTUR MOTU ILLO divina omnipotentia, non nisi aversa & mala faciunt, tanquam si equus agat equum tripodem vel bipedem, agit quidem taliter, qualis equus est, hoc est, equus malè incedit: sed quid faciat equus? equum talem simul agit cum equis malis: illo malè, istis bene, aliter non potest, nisi equus sanetur. Hic vides, Deum cum in malis & per mala operatur, mala quidem fieri, Deum tamen non posse malè facere, licet mala per malos faciat: quia ipse bonus malè facere non potest, malis tamen instrumentis utitur, que raptum, & motum potentia sua non possunt evadere. Vitium ergo est in instrumentis, quæ ociosa esse Deus non sinit, quòd mala sunt movente ipso Deo: non aliter, quam si faber securi ferrata & dentata malè secaret. Hinc fit, quòd impius non possit semper errare & peccare, quod

Aug lib. 12 de C.D.c. 15

(Augustin. etiam voluntatem] hominis equo: Deum seffori comparat in Pl. 31. & 33.)

quod raptu divina potentia motus occidari non sinitur : sed velit, cupiat. faciat taliter, qualis ipse est.

LXIII.

ad Th. 66. De Prædestinatione.

Matt. 4. 23.

ad th. 67.

Tom. 1. V vit p. 414

In loco de Prædestinatione discessum ostendit Censor non a side sed a priore Compendio, quod in expositione dicti Apostolici : Deus vult omnes salvos fieri : prius Bezæ glossam improbarim : qui de felicitate tantum temporali interpretatus sit. Non ego Bezæ hoc adscripsi unquam. testem voco priorem editionem: sed παρερμηνείαν dixeram fuisse, quod particulam πάντας reddidisset quosvis non omnes, cum tamen ex Matthæo probet omnem morbum pro quovis dici morbi genere : & quibus ille præterea nititur exemplis, quæ in ipsius Comentario. Vidi etiam Lutherum aliter interpretatum : nec ego fucum Lectoribus feci ullum: neq; quod affingit mihi Censor, de sola felicitate temporali intellexisse Lutherum affirmavi, sed, potius. Ut itaq; ipse fucos decipiat lectorem excerpit ex Luthero quæ sunt extra controversiã : relictis alijs. Lutheri verba sunt. Das lehret auch der 107. Psalmi/ etc. Da redet er nicht von den Auserwehleten/ sondern von allen Menschen/ den Gott zeitlich hülffet aus aller noth : Also ist auch dieser Spruch ins gemein hingeredet/ das Gott nicht allein den Heiligen hülffet/ sondern Jederman/ darumb habe ich die worte/ qui vult omnes homines salvos fieri, so gedeutschet: der da wil/ das jederman geneset/ oder/ das allen Menschen geholfen werde/ dergleichen offte im Evangelio stehet/ saluum facere, das ist/ genesen/ oder geholfen/ nicht selig werden/ also das es nicht von jenem oder ewigen Leben zu deuten ist/ sondern soll vns sich greiffen/ vnd allerley hülffet/ beide zeitlich vnd ewige vmbfangen, das er der ewige Heyland ist/ durch welchen allen geholfen wird/ frommen vnd bösen Menschen. Er wil das sie alle genesen

nesen wo sie hülffet dürffen. Vides Lector, quis fucum fecerit, ego, an Balduinus: cui non satis erat fingere, Bezam, tantum de felicitate temporali textum Apostoli fuisse interpretatum : sed denuo fingere : me Lutherum ejusdem glossæ facere complicem: quod de SOLA felicitate temporali locus intelligi debeat. Ubi candor, ubi fides? ubi probitas?

LXIV.

At enim verò, sapitne etiam dictum hoc Fulgentij tibi Calvinismū? Quocirca illos omnes, quos Deus vult salvos fieri, sic intelligere debemus, ut nec aliquem salvari posse nisi volente Deo, nec existimemus voluntatem omnipotentis Dei aut in aliquo non impleri, aut aliquatenus impediri. Omnes enim quos Deus vult salvos fieri, sine dubitatione salvantur. nec possunt salvari nisi quos Deus vult salvos fieri, nec est quisquam quem Deus salvari velit, & non salvetur, quia Deus noster omnia quacunque voluit fecit. Ipsi omnes utique salvi sūt, quos omnes vult salvos fieri, quia hac salus non illis ex humana voluntate nascitur, sed ex Dei bona voluntate præstatur. Veruntamen in his omnibus hominibus, quos Deus vult salvos facere, non totum omnino genus significatur hominum, sed omnium universitas salvandorum.

Fulgent. de Incarn. & grat. I. C. c. 31. p. 431.

LXV.

Distinctionem Veterum in voluntatem Antecedentem & Consequentem, ut rejicere non ausit simpliciter, tamen non judicat admittendam: & eam quæ προηγυμένη dicitur, impugnare studet. At Damasceni audiatur explicatio: Χρη̄ εἰδέναι, ὡς ὁ θεὸς προηγυμένως θελεῖ πάντας σωθῆναι, ἢ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τυχεῖν. ἢ γὰρ ὅτι τὸ κολάζειν ἐπλασεν ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὸ μετασχεῖν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ὡς ἀγαθός. ἀμαρτανόντας ἢ θέλει κολάζειν ὡς δίκαιος. λέγεται ἐν τῷ μὲν πρώτῳ προηγυμένον θελημα καὶ ἐν δὲ δευτέρῳ ἐπιμένον καὶ παραχρηστικὸν ἐξ

lib. 2. c. 29.

G

ἡμετέρας

ἡμετέρας αἰτίας, & c. hoc est: novisse oportet Deum præcedere velle omnes salvari, & regnum ejus consequi. non enim ad puniendos nos plasnavit, sed ut efficiat nos bonitatis suæ participes, ut bonus: peccantes autem puniri vult, ut justus. Dicitur igitur prima, præcedens voluntas & acceptatio ex ipso existens. Secunda vero, voluntas sequens & permissio, ex nostra causa existens, & c.

LXVI.

Sic Bonaventura: Voluntate prima vult Deus omnem hominem salvum fieri, in quantum homo est: voluntate secunda, non vult salvum hominem reprobum, in quantum ipse talis est. Hunc ego sensum retinui in Compendio; tamen non nescius sim diversas esse Theologorum expositiones de Voluntate Antecedente & Consequente: quas etiam Gregorius de Valentia prolixè recenset. Nihil opus ergo cumulare ἡγεμόνα adversus Damasceni sensum, qui nec cum Scriptura, nec cum Veritate Dei, nec cum merito Christi pugnavit unquam ab aliquo dictus: nisi fortè statuendum, cum Puccianis & Huberianis, Deum simpliciter & promiscuè omnes velle salvos, si credant, si non credant.

LXVII.

Patrum expositionem cum grano salis accipi oportere monet: sed legantur ipsi, & imprimis Augustinus, & Ambrosius. Neque displicet tamen Universalitas gratiæ, modo ne sensus admittatur Pelagianorum, quem expressit Prosper ad August. quantum ad Deum, omnibus paratam esse vitam æternam, quia vult omnes salvos fieri: quantum ad arbitrii libertatem attinet, ab ijs eam apprehēdi, qui spontè Deo crediderunt: modòne confundatur cum decreto eligendorum, quod qui Universalis dicunt respectu

In Comp.
a. 30.

Disp. 1. quæ.
19. puncto
2. c. 1. p. 397

ad th. 68.
96.
Aug. Enchi-
rid. c. 103.
Ambr. libr.
2. de vocat.
Gent. c. 1.

tu singulorum, etiam non credentium; cum Puccio, & Hubero; nã, impotentia cujusdam arguunt Deum qui velit quidem salvos fieri omnes, at inani voluntate: cum tamen, ut fides non est omnium: ita nec salus, nisi credentium. Itaque remota hac discretionem, quam divina scientia intra secretum justitiæ suæ continet, sincerissimè credendum est, Deum omnes homines velle salvos fieri: ait Augustinus.

LXVIII.

Verè electos dixeram non excidere omni gratia totaliter, & finaliter: & dixeram sine reprehensione ullius in priori editione. Nunc carpens hanc voculam, Scripturæ negat esse conformem. Quæro autem, si totaliter excidunt verè electi, quæ ipsis spes veniæ & misericordiæ, cum Dei facti sint hostes: hoc enim est ὀλικῶς penitus & totaliter deficere, ut nullum supersit gratiæ recuperandæ vestigium. Lapsus erat David: si totaliter, nunquam fuisset erectus, nunquam rediisset ad poenitentiam. Et si nulla prorsus in Petro cadente fides reliqua, quomodo intuentis se Christi gratiam apprehendisset, quomodo in lacrymas tam ubertim oculos solvisset? Verum ne de vocula litigemus, usurpare libet Sibrandi Luberti distinctionem, quam Vorstio opponit in articulo de Prædestinatione: Dico hominem, quando ex naturis suæ viribus estimatur, deficere posse & quidem finaliter totaliterque: quando verò juxta decretum & promissionem Dei consideratur, nego illum finaliter & totaliter deficere posse: quia de omnibus suis pronunciat: non peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam è manu mea: Pater meus, qui eas dedit mihi, major omnibus est: neque quisquam potest eas rapere è manu Patris mei. Sic Aquinas docet, prædestinatum absolutè quidem, & secundum se consideratum, posse in peccato mortali emori, non

G 2

tamen

2. Thef. 3. 2

Ioh. 3. 14. 18
36.

Art. 2. cont.
art. falsò si-
bi imposit.

ad th. 70.
71.

Ad 99. Err.
Vorstii, p.
128.

Ioh. 10. 18.

p. 1. qu. 23.
art. 3. ad 2.
& 3.

tamen ex suppositione, seu in sensu composito: hoc est, Dei æterno decreto & voluntate præsuppositis. Ut quis etiam verè, non συνώνυμος, electus dici queat, numquid non requiritur perseverantia?

LXIX.

ad th. 72.
de Reprobatione.

Quia Reprobationis doctrina novo addita est Compendio, indene etiam divortij alicujus argumentum evidens! Incommodam tamen monet esse locutionem: quod Deus non credentes prædestinavit ad æternas pœnas, nec ad sensum Scripturæ! Cur ergo Christus impios ire jubet in ignem æternum, qui paratus Diabolo & Angelis ejus. Matth. 25. 41. Si paratus: certè à jactis mundi fundamentis paratus, & non nisi Diabolo & Angelis ejus, qui ad eum prædestinati: sicut regnum paratum à jactis mundi fundamentis omnibus electis. Certè opposita sunt, Electio & reprobatio, ac proinde sub communi prædestinationis voce comprehenduntur. Ideo & Patres non minus ad malos quàm ad bonos hanc vocem, non lato sed stricto sensu. translulerunt. Gemina est prædestinatio, ait Isidorus: sive electorum ad requiem: sive reproborum ad mortem. Augustinus. Benè utens & malis, tanquam summè bonus: ad eorum damnationem, quos justè prædestinavit ad pœnam: & ad eorum salutem, quos benignè prædestinavit ad gratiã. Quomodo dixit istis: non estis ex ovibus meis: quia videbat eos ad sempiternum interitum prædestinatos, nõ ad vitã aternã, &c. Idè, Due hominum societates, quarum una prædestinata est in æternum regnare cum Deo: altera verò æternum subire supplicium cum Diabolo. Fulg. lib. ad Monim. 27. Iniqui prædestinati sunt ad secundam animam mortem, hoc est, ad stagnum ignis & sulphuris. Concil. Valentini anno 355. c. 3. Fidenter fatemur, prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem.

Probat:

LXX.

Probat deinceps non absolutam statui Reprobationem: Romachatur interim, quod Calvino hic & aliis non contradixerim, & horribile illud, quod vocat dogma, nõ sim detestatus: ac pronunciat deniq; eum, qui hoc in genere à Calvino dissentiat, in articulo fidei, qui arcem salutis concernit, dissentire. Ne quid dissimulem, semper mihi visum, abstinendum esse in hoc mysterio à vocibus in Scriptura non expressis, & quia Absoluti alicujus decreti nulla uspiam expressa mentio; Apostolicis utendum esse, non novis phrasibus. Interea, autem considerari etiam æquum fuerat, quo sensu nõ nulli absolutũ nominarint decretũ: quatenus nimirũ opponitur decreto conditionali: quemadmodũ Polanus prolixè inculcat, addens: quod si absolutum decretum DEI accipiatur pro decreto non revelato in verbo DEI, vel quod nihil habeat subordinatum, quod merum solumq; agat sine mediis (quale decretum à nobis statui, de salute hominum aterna quidam calumniantur) ac proinde opponatur decreto ordinato: nos tale decretum non agnoscimus. &c.

LXXI.

Sed vide iram Censoris. Etiam ad reprehensionem Scripturarum abripitur: dicit enim Scriptura dicta, partim ambigua, partim manifestè falsa esse, partim inscitè ad DEUM referri. Ambiguè loquitur Spiritus sanctus, quando ait, DEUM universa propter semetipsum operatum, etiam IMPIMUM ad diem malum? Proverb. 16, non quidem creando malitiam in eo: sed ex malo semine formando eum & regendo, ut exponit Lutherus. Et quis dies ille malus, nisi ultionis & judicij? Propterea Lyranus sic exposuit: Impium quoq; præparavit ad diem malum, id est, extremi judicij,

G 3;

ut

ut in reprobis reluceat eius justitia: sicut ejus misericordia in electis ut deducit Apostolus diffusè in epist. ad Rom. Quomodo ait falsum, & manifestè falsum, impios non positos esse ad iram: ubi contrarium? verba Apostoli sunt: Deus non posuit NOS ad iram, (sive constituit, ἡμεῖς τὸ ἰμῶς) sed ad salutem consequendam: de quibusnam loquitur Apostolus, de omnibusne in universum hominibus, an de fidelibus, NOS, inquit? Quod si ergo fideles non positi ad iram: utique positi infideles, super quos manet ira DEI. Credentes nō sunt vasa iræ, sed increduli: nec vasa sunt iræ à Diabolo, sed à DEO. Audiatur Augustinus, De universo genere humano quamvis nullus hominum sine peccati sordescatur: bonum ille, qui summè bonus est, operatur, alios faciens tanquam vasa misericordie, quos gratia discernat ab eis qui vasa sunt iræ: alios tanquam vasa iræ, ut notas faciat divitias glorie sue in vasa misericordie. Eat iste nunc, & adversus Apostolum, cujus ista sententia est, argumentetur: immò adversus ipsum figulum, cui respondere probibet Apostolus dicens: O homo tu quis es, qui respondeas DEO? nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quare sic me finxisti? an non habet potestatem figulus lutū ex eadem massa facere, aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? nunquid ergo iste negat, vasa iræ esse sub Diabolo? aut quia sub Diabolo sunt, alius ea quam ille facit, qui vasa misericordie facit? aut aliunde, & non ex eadem massa facit? Hic itaque dicat: Ergo Deus vasa Diaboli facit: quasi nesciat Deus sic eis uti ad opera sua justa & bona, sicut ipse utitur Diabolo. Petri testimoniū nequicquam falsum, quando ait, οἱ ὑποπινοῦντες τὸν λόγον ἀπὸ θεοῦ, εἰς ὃ καὶ ἐτίθησαν, id est: iis qui impingunt non parendo sermoni immorigeri, ad quod etiam positi vel constituti sunt: ad quid? ut impingant in lapidem, à quo ergo? ab eo qui dixerat: Ego pono in Sion lapidem offendiculi;

ad th. 76.

1. Thef. 5. 9.

Joh. 3. 36.
Aug. lib. de nupt. & concupisc. cap. 16.

1 Pet. 2. 8

Rom. 9. 33.

fendiculi. Arias Montanus, *Utrig*, inquit, positi sunt in eodem lapide qui credunt positi sunt in salutem: qui verò offendunt verbo, & ipsi positi sunt in offensionem. Non nescio, diversas esse loci hujus ἐκθέσεις: similitum tamen locorum collatio, & præcedentium consideratio, propiorum & sinceriorum facile ostendit sensum: & prolixus hic est in Cōmentariis Beza. Judæ Apostoli verba sunt: οἱ πάλαι προσγεγραμμένοις τὸ τὸ κέσμα ἀσεβείας: prius jam olim descripti ad hoc judicium, sive præscripti; nempe justo Dei judicio: ut quamvis damnationis culpa in voluntate sponte peccantium tota inhæreat, ipse tamen justissimus, non minus, quam severissimus Judicis munus impleat. Nihil hinc inscitum. Nam & Glossa vetus Interlinearis sic exponit, ab eterno in præscientia Dei prævisi sunt justo DEI judicio, ut sordescerent, & alios in sordes precipitarent, & inde judicabuntur ad mortem. Verba Apostoli: οὐκ ἔστιν ὁργῆς κατῆρησμένα εἰς ἀπόλησιν; vasa iræ comparata ad interitum, non inscitè ad DEUM referuntur. De quo enim alio agit Apostolus, quam DEO tolerante vasa iræ: quibus velut instrumentis utitur, ad demonstrandam judicium sui severitatem. Repetatur hic superior Augustini expositio, & num inscitè ipse ad Deum retulerit, cogitur. Potestne vas seipsam fingere & καταεὐξῆν, compingere? Perditio hominum sanè non nisi ex hominibus & in hominibus, sed interim justissimæ iræ Dei, quæ manet super omnes incredulos, nihil decedit. Simile Petri de impijs, quos animalib. cōfert irrationalib. quæ γυνήματα εἰς ἀλωσιν καὶ φθορὰν, id est: idcirco condita sunt, ut aliis cedant in prædam, à quibus consumpta pereant, non eò extendimus, quasi impios Deus tales condiderit: sed potius quod brutorum instar sponte se induant in Satanæ laqueos.

ad th. 77.
Jud. 1. 4.

Rom. 9. 22.

Of. 13. 9.

queos: & ita iusto Dei iudicio pereunt, ubique veritas
te hac salva: quod perditionem illam Scriptura non
Deo, sed malitiæ ipsorum imputet.

LXXII.

Et quomodo hætenus probatum, me in articulo de
Prædestinatione divortium fecisse? Non reprehensus est
Calvinus: non receptus, promiscuus & popularis tex-
tum Apostolicorum sensus. E. mutata fides. An non
hæc sit ἀπειθεσία, aut potius malitia, iudicet Eccle-
sia.

LXXIII.

In articulo de JUSTIFICATIONE, laciniam, quam sic
ille vocat, reprehendit, quod Cinglij inconsideratam,
fortè locutionem, eodem quo Patrum, quo Lutheri
duriora aliqua, Caritatis Christianæ pallio texerim.
Non putò hic à me erratum: cum me excusare possit
1. Cor. 13. 5. Caritas, quæ τὸ κακὸν ἔλογίζετο, non cogitat malum: si ta-
men fortè erratum; ullane propterea à Veritate dis-
cessio facta? Quis est ex universa antiquitate, in quo
non insignia valdè σφάλματα in ipsis etiam quandoque
fidei articulis. Nonne aliqui lapsum Diabolorum,
provenisse dixerunt ex συμμίξει cum feminis? nonne a-
nimabus post mortem receptaculum quoddam velut
intermedium, & ut Lactantius loquitur, viam quandam
& communem custodiam destinarunt? nonne Hilarius,
CHRISTUM fecit ἀπαθή in passione & morte? nonne Ve-
teres omnes, & in primis Hieronymus, matrimonio pa-
rum æqui fuere? Nonne Cyprianus cum multis Theo-
logis & tribus Conciliis Carthaginensibus rebaptisan-
dos statuit ab hæreticis baptisatos? nonne Lactantius
Spiritus sancti negavit substantiam? teste Hieronymo.
non-

ad th. 78.
usq; ad 84.
de JUSTI-
FICATIO-
NE.

1. Cor. 13. 5.

Hilar. l. 10.

vide B. Rhe-
nannum in
Tertull. ex-
hort. ad ca-
stit.

Hieron.
ep. 65.

nonne Tertullianus ad Montani dogma delapsus, in
multis libris novæ prophetiæ meminit: specialiter au-
tem adversum Ecclesiam texuit volumina de pudici-
tia, de persecutione, de jejuniis, de Monogamia, de Ec-
clasi libros sex, & septimum, quem adversus Appolloni-
am conscripsit? Nonne Augustinus infantib. etiam da-
ri voluit Eucharistiam, & quidem sub necessitate salu-
tis? & ne in singulos omnium errores scrupulosè inqui-
ramus: potestne ullius Scriptoris sive novi, sive veteris
volumen proponi, in quo non justè reprehendas
plurima: nec tamen aversatur quispiam libros quam-
vis enormiter alicubi errantium. Contra Cinglium &
& alios, quasi conjuratione facta sine fine ullo, anathemata
audiuntur impunè. Vaga gratia, fortuita misericordia Lu-
theri veniam meretur: dubia Cinglij gratia nec legi qui-
dem sine execratione debebit?

LXXIV.

Dogma fuit Pontificiorum; Gentiles servari absq; scri-
pta lege, seu extra fidem in Christum: quod Jesuita Maldo-
natus in Matth. etiam amplexus; Gentiles, inquit, pote-
rant servata lege naturæ omnium confessione salvi esse. Lex autem
nature satis illis erat ab ipsa naturâ predicata. Cornelius et-
jam Agrippa testis est editum fuisse librum sub titulo
de salute Aristotelis, in cujus calce concludatur: Ari-
stotelem sic fuisse Christi præcursores in naturalibus, quemad-
modum Johânes Baptista in gratuitis. Et tamen nemo ex Pon-
tificiis tam miserè unquâ vapulavit, quâ Cinglius du-
bitans, quidnam fidei in corde gentilium quorundâ sua manu De-
us scripserit; adeò placari nunquâ potest vehemens ex-
candescencia. Quod v. improbandū hic fuisse monet,
Justini Martyris μαρτύριον, qui Socratem & Heraclitū Chri-
stianos nominavit: improbatū satis, ipso etiam Baldui-

Hieron in
Catal.
Aug lib. 7.
Hypog. ep.
93. & 106.

cap. 21. 21.

Cornel de
vanit. sci-
ent. c. 54

H

no

no teste th. 84. ubi & meis & Oecolampadii verbis, nulla Ethnicis spes salutis extra fidem in Christum facta.

LXXV.

Thomas Philosophorū sapientū salvificæ fidei indices esse, quis credet? quis hominib. absq. fide, absq. Christo salutē spōdebit? nota sunt testimonia, qui credit in Filium, habet vitā eternam; qui a. non credit, non videbit vitā, sed ira Dei manet super eū. Qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit; qui a. non crediderit, condemnabitur. Quorsum ergo labor & sudor iste Balduini, tot verbis exaggerare, quod neq; recipitur, neq; creditur ab ullo Orthodoxo, nec creditum fuisse à Cinglio etiam, ob illam hyperbolen existimari potest.

Ioh. 3. 36.
Marc. 16. 16.
Ioh. 10. 1. 7-9
Act. 4. 12.
Ioh. 14. 6.
Ioh. 17-3.

LXXVI.

De Persona Christi ubi nihil censuræ videt expositū, Patrū allegatione proluxa offensum se prodit; & misistare me ait, qui cum Patribus & loquor, & orthodoxè sentio: nimirum λόγον totum esse in carne sua: Carnem v. τὸ λόγῳ non coextendi, ut verè docet Damascenus: θεϊκῶς ὄντι ἀπερίγραπῶ, & Συμπαρεκλήνομένης τῆς σαρκὸς αὐτῆ τῆ ἀπερίγραπῶ αὐτῆ θεότητι. Caro enim finita est: λόγῳ infinitus: & in ipsa unione, naturarū proprietates nō sublata, nisi naturas quoq; sublatas velis: ἢ γὰρ τῶν ιδιωμάτων ἀενησις, τῶν φύσεων ὄντι ἀνάγεισις, ut præclarè Theodoretus, Φυλακτῆς ἢ ἐκατέρω τῶ ἐαυτῆς Φυσικὴν ιδιότητα ἀμετέλλητον.

ad th. 85.
de PERSONA CHRISTI.
Damasc. 1. 1.
orth. fid. cap. 7.
Damasc. 1. 3.
cap. 5.

LXXVII.

Errorem, quē hīc Orthodoxis tribuit, & λόγῳ infinitatē & immensitatem, sine coextensione Carnis in ipso etiā admirandæ unionis mysterio tuentibus, eumque novum, Nestorianū, absurdū, impiū esse clamat, nondū deprehendi in iis, quos sequor Magistros, hoc est in Scriptura sacra, & Patribus sincerioribus, & quidem juxta ἐκθεσιν Balduini thesi 87. & 88. quod nempe λόγῳ propter

ad th. 87-88

infinitatem naturæ suæ nusquam includi possit: sed ipse sit, qui in arctissimam ὑποστάσεως suæ unitatem carnem assumerit, & omni suā plenitudine, in ea inseparabiliter habitet, tanquam in templo suo: nihilominus tamen Patri etiam & Creaturis omnibus sit presentissimus: quia non sit intra locum humanæ naturæ conclusus, licet in ipsa humanitate indivisam & indisseparatam habeat inhabitationem: & quæ sequuntur

LXXVIII.

Quibus certè poterat supersedisse Balduinus, cum nemo ex Orthodoxis sic statuerit, λόγον extra Carnem, ut non totus fuerit simul in carne, illic ἑστωδῶς, hīc ὑπερλικῶς: unum enim eundemque λόγον in carne & extra carnem sic agnoscunt, ut totus tamen sit ἐνσωρευθῆναι sive incarnatus: sed nusquam ullam carnem sic inhabitet σωματικῶς sive personaliter, ut illam quam assumpsit. Quin immò lubentissimè cum Veteribus loquuntur: & Athanasium in primis laudant, ex ser. de Incarnat. Verbit ὁ σωτῆρ ἑστωκεκλεισθῆναι ἐν τῷ σώματι, & ἢ ἐν τῷ σώματι μὲν ἢ ἀλλοχόσῃ ἢ ἐκτὸς ἢ ἐκείνο μὲν ἐκίνη, τὰ ὅλα ἢ τῆς τέτυκτο ἐνεργείας καὶ πνεύματις κενένωτο, ἀλλὰ τὸ πρῶτοδοξῶτατον, λόγῳ ἂν ἑστωείχετο μὲν ὑπόβληθῆναι, σὺν ἑστω ἢ τὰ πάντα μᾶλλον αὐτῶς: Servator in corpore non erat inclusus, neq; cum in corpore aderat, alibi deerat; neq; cum illud movebat, alia ejus vi actu & providentia destituta fuere: sed quod summa admirationis est, ipse qui verbum erat, non continebatur quidem ab aliquo: continebat verò potius omnia illa ipse. Item: ἐν τοῖς πᾶσιν ἐγγέστο, καὶ ἔξω τῶν ὅλων ἦν. Item: ὡς καὶ ἐν τέτω ἦν καὶ ἐν τοῖς πᾶσιν ἐτύχασκε, καὶ ἔξω τῶν ὄντων ἦ, καὶ ἐν μόνῳ τῷ πατρὶ ἀνεπαύετο, id est: In omnibus erat & extra omnia. Et in hoc scilicet corpore erat, & in omnibus extitit, & extra omnia erat, & in solo Patre acquiescebat. Non aliter sentiunt Orthodoxi.

LXXIX.

Patrum phrasi & sensu, usus Danæus: ipse etiam

ad th. 89. 90

ad th. 91.

Martyr, cuius simile, *ἀπὸ τῆς ἀρηλλαγμένης*, ut Damascenus loquitur, vexari adhuc, profectò mirum: cum nec unionem *τῆς λόγου*, cum carne tollere, nec naturarum inferre *ἀφύσιν*; sed docere voluerit Pantachustianen, ex unione hypostatica non sequi, corpus CHRISTI esse ubiq;: unitatem non dividi ex diverso partium loco: sive unionem in eadem hypostasi locorum diversitate non tolli. Et agnoscit sanè Martyr ipse, quæ illustrandæ rei adhibuerat similia, non satis congrua: sic enim obijcienti Pantachustianæ: *quæ affers, corpora sunt, at Christi divinitas res est omninò spiritalis*: respondet: *fateor, sed quæ rectuli, negari non potest, quin demonstrant, rei unitatem atq; conjunctionem interveniente spaciorem distantia minimè interire*: quod si dare oportet in rebus physicis, creatis, & corporeis, quantò magis, ubi divina est hypostasis & natura? Et concludit: *quæ nos divinis literis credimus, quæ Domino proprium locum quo ad corpus assignant, & naturam divinam esse ubiq; predicant.*

LXXX.

ad thes. 92.

Vorstij quem notat errorem, obijciat adhuc vivo: satis mihi, constantem orthodoxæ Vetustatis de Persona CHRISTI fidem sequi & tueri sine Vorstio: & facere adhuc omnes jubeo, qui non totam Christi divinitatem in carne Christi *σωματικῶς* sive personaliter habitare contendunt, sed naturarum quandam inferunt *ἀφύσιν*: facessere verò simul jubeo Balduini cavillationem, qui, quia ab opinionibus quibusdam exui animū, Vorstianas & quorumcunque alias, mihi, nimis audacter, obtrudere conatur.

LXXXI.

ad thes. 93.

De unione nihil in Compendio, nihil in fide mutatum: de Communicatione Idiomatum aliquid queritur omissum: aliquid

aliquid explicatum non satis. Omissam ait *naturarum communicationem* immò verò ipsa *ἐνωσις* arctissima est *κοινωνία*: ob quam causam Veteres etiam promiscuè *unionis* & *communicationis* voce usi: quid omissum ergo? De *διποτέλεισματων* distinctione admittit quæ scripseram: sed in *Calvinianos* iterum bilem effundit, quos & *fallere*, ait, & *falli*, eo quod actiones in hoc officio divinas, ita Deitati tribuant, ut humanitatem *inde nefariè sequestrent*. Nondum sequestratam hætenus à quoquam vidi: agnoscunt planè operationum communicationem: sed discernunt inter naturas, prorsus ad regulam illam, quæ in Synodo Chalcedonenſi proposita: *Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρω* *καὶ τῆς θεότητος κοινωνίας ὅπως ἴδιον ἔρχηκεν ἔμφυλον λόγον κατεργαζομένην* *τὸ ὅπως θεὸς ἔστι λόγος. ἔστι δὲ σῶμα τὸ ἐκπεπληγμένον ὅπως θεὸς ἔστι σῶμα τὸ* *καὶ τὸ μὴ αὐτὸν ἀλαμπύ τῶν θεύμασι, τὸ ἢ τῆς ὑβρεσιν ὑποπέπτωκεν. καὶ θεὸς ὁ λόγος ἀπὸ τῆς ἰσότητος τῆς πατρὸς δόξης ὅτιν ἀχώρητος ἔστω τὸ σῶμα τὴν φύσιν ἔμετερον γένος οὐκ ἀποτέλειται:* hoc est, *Agit enim utraque forma cum alterius communionem, quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est: & carne exequente, quod Carnis est. Unum horum coruscat miraculis: alterum succumbit injuriis. Et sicut Verbum ab equalitate paternæ gloriæ non recessit: ita Caro naturam nostri generis non reliquit.* Conveniunt enim ambæ naturæ, earum proprietates & actiones ad unum *διποτέλεσμα* seu opus perfectum salutis nostræ: sed interim monente Damasceno discerni oportet inter *ἐνεργεῖαι, ἐνεργητικόν, ἐνεργημα* & *ἐνεργεῖντα*. Miraculorum enim virtus fuit actio Deitatis: ἢ *χειρουργία* seu manus impositio, velle & dicere, volo, mūdator, Humanitatis erat actio: Sic opus vel *διποτέλεσμα* Humanitatis erat panum fractio, & quod à leproso auditum est, volo: at Deitatis, panum multiplicatio & leprosi mūdatio, sicut Damascenus orthodoxè exposuit.

ad th. 94.

Leo Magni. op. 10. c. 4.

Damasc. lib. 3. c. 19.

ad th. 95.

In tertio genere, quod sic vocant *Communicationis*, mutationem quandam Censor ostendit, quod dixerim, carni Christi non ἀνψυσικά, hoc est, carnem destruentia, esse communicata. Dixi rectè: neque enim ex Ubiquitarijs esse volunt, qui talia sentiant, & interim qui Ubiquitatem carni Christi communicatam volunt, nunquid non destruunt humanitatis naturam? an nō est humanæ naturæ ἀνψυσικόν, esse ubique, esse infinitum, immensum, incircumscriptum? Secundò dicit *quædam* saltem me largiri: immò verò, mi Balduine, quæ

ad th. 96.

Scriptura asserit tributa omnia: πέν πληρωμα Deitatis in Christo habitare agnosco σωματικῶς, & quemadmodum tota Deitas toti assumptæ naturæ unita est, inque ea habitat personaliter: sic ipsarum quoque naturarum & proprietatum κοινώνιον statuo: sed non μεταβατικῶς: ita ut Divinitatis propria transierint in carnem: quia σωματικὰ τῶν φύσεων εἶναι ἀκίνητα. Quod modò propria, modò effecta nuncupavi divina, non titubatione quadam factum, sed observatione phrasium Damasceni: qui quandoq; τὰ ἴδια, quandoq; nominat θεῖα ἀρχήματα: velut lib. 3. c. 7 αὐτὴ μὲν (θεῖα φύσις) τῶν ὀκείων ἀρχημάτων τῇ σαρκὶ μεταδίδωσι, μὲν αὐτὴ ἀπαθὴς καὶ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν ἀμέτοχος. εἰ γὰρ ἡ ἄλλοι μὲν τῶν ὀκείων ἐνεργειῶν μεταδίδας, μὲν τῶν ἡμετέρων ἀμέτοχος, πόσω μᾶλλον ὁ θεὸς ἡλὶς ποιητῆς τε καὶ κύριος. Ipsa (Divinitas) quidem proprias excellentias (sive propria gloriosa dona) carni tribuit, cum ipsa maneat passionis expers, & ab affectibus carnis immunis. Si enim Sol proprias actiones nobis communicat, nostrarum autem expers manet: quantò magis, qui Solis conditor est & Dominus? ubi exemplo docet, non agere se de attributis essentialibus, sed effectis & donis gloriosissimis. Commen-

Damasc.
lib. 3. c. 7.

mētator disertè: quia dignius, inquit, alteri minus digno in eodem tertio conjunctum communicat illi suas dignitates, pro captu, & modulo suo, & tamen ab illo non sustinet indignitates. Vide quo usus sit hoc loco simili.

LXXXIII.

Concreti & Abstracti vocem, aliter hodie usurpari, quā per centum annos & quod excurrit, mirum nihil: novo enim dogmati nova subinde quærenda pallia, nova sophismata. Concreti nomine, personam; abstracti nomine, naturam, Lutherum & Philippum & sinceriores omnes Lutheranos accepisse, certissimum est: novæ hodie subdistinctiones de abstracto distracto, concreto non concreto, Sophisticum aut Utopisticum profectò aliquid subolēt. Selneccerus longè aliter, ubi Lutheri recitasset verba, de Abstracto tacendum esse: addit, propterea Lutherus nequaquam improbat verum & dextrum, usum vocis Abstracti: inquit enim, Verè divinitus factum est, quod quadam vocabula vocentur abstracta, quadam Concreta.

ad th. 97.

Seln. p. 1.
Ex. p. 316.

LXXXIV.

At vide, quomodo Balduinus tetigerit Pelargum, ad cor usque transijt, ut ejus senserit palpitationem. Dixi abstractivas locutiones, quibus utitur Scriptura & Antiquitas, non esse improbandas: dico adhuc sine καρδιαλυγία aut palpitatione ulla cordis. Ubi verò Antiquitas sic locuta! Humana natura est omnipræsens, est omnipotens, & omniscia: affer exempla. Καταχρηστικά illa sunt Athanasij: humanitatem Christi Divinitas fecit Dominum & Christum: sicut & hoc Augustini: Divinitas Crucis ascendit patibulum. Illud: Humana caro atque natura, divinam profecit in gloriam, carnis affirmat βελτίωσιν, vel ὑπερύψωσιν, non infert omnipræsentiā vel omnipotentiam. Ita & hoc Cyrilli:

ad th. 98.

ad th. 99.

Aug. c. 6.
Medit.

Cyrilli: *Vita corpus est clarificatum, claritate Deo dignissima & majestatem & exaltationem carnis, non διπορέωσιν, neque παντότητα inducit. Et voluntas Christi dicitur facta omnipotens, ut verè & secundum naturam Verbi voluntas facta est, hoc est, personaliter: sic anima Domini dives facta est & locupletata cum reliquis signis, propter unionem personalem.* Φύσικως μὲν, ἢ παντοδύναμη ἢ: ὡς ἡ θεὸς λόγος ἀληθῶς καὶ κτλ. Φύσιν γανομένη καὶ παντοδύναμη. Commentator sic exponit: Humana Christi voluntas, non hanc sua natura habet omni-efficacem virtutem, sed ut Verbo juncta.

LXXXV.

ad th. 100.

Norat sanè D. Pelargus piæ Antiquitatis locutiones, sed & jam pridem legerat, sobriè & cautè veterum formulis utendum: legerat etiam Selnecceri responsum ad quæstionem: *qua sunt locutiones improbate in hoc genere ab Ecclesia? R. Propositiones qua sunt in abstracto, non admittuntur: ut Divinitas est finita, creata, circumscripta, &c. Humanitas seu humana natura, seu Caro Christi est aeterna, est creatrix caeli & terræ, est infinita, est illocalis, incircumscripta, est omnipotens & ubique. Tales enim locutiones in abstracto de naturarum proprietatibus essentialibus intelligende sunt: ut Divinitas est impassibilis, incircumscripta, infinita, immortalis, omnipotens, omniprasens, &c. Humanitas est passibilis & mortalis in statu humiliationis, item est finita, circumscripta, localis, &c.* Didicit itaque, διτόνενεν ἐκατέρω τῶν φύσεων τὰ πρὸς φερεῖ καὶ εἶδεναι, ἵνα μὴ θεώσηται, ἵνα ἡ ἀνθρώπινη ἴδια: juxta admon. Theod.

Theod. in Dial. 2.

LXXXVI.

Vbi ostendebatur, Orthodoxos nō improbare abstractivas locutiones vero & pio sensu: & Carnem Christi dici posse non omnipotentē & omnipotentē: illud ratione ὁσίως; hoc ratione ὑποσίτως: ne temerè se adhuc litigare prodat,

prodat, ex Zanchij similitudine arripit vocem *Imputativè*: & omnia saltem dicit CHRISTO à nobis concedi *Imputativè*. Initio autem sciscitari libet: sitne verbale, aut fictitium, quod imputativè dicitur? CHRISTI Justicia quæ nobis imputatur, verbalisne saltem est & ficta! quod si vera, quod si non aliter atq; nostra per fidem, quod nam crimen in vocabulo τῷ *imputativè*. Deinde quæro, quanam fide, quod exempli loco adductum fuerat à Zanchio, mihi vel alijs tanquam peculiare dogma objicitur? Tertio annon sufficiat testatum me, *realem*, hoc est, veram, nō verbalem sive fictam, esse Idiomatum communicationem, & competere carni CHRISTI, quæ data aut cōmunicata personaliter sūt ob personalē unionē. Cur ergo Zanchij simile, quo ille sua illustrarat, mihi sine fronte ascribit: quasi dicam (inrepet te Deus, Satan mēdacissime) *Christum imputativè esse omnipotentem, imputativè omniscium, carnem Christi imputativè esse vivificam, sanguinem Christi imputativè & secundum dicitantum* (hei Diabole) mundare nos ab omnib. peccatis.

ad th. 101.

LXXXVII.

Hæc contra conscientiam calumniosè fingens, cogitare tamen jubet, *qua hæc sit Theologia*. Cogites Lector, quæ hæc sit malitia & perversitas, arripere è multis nomen, illudque trahere, quo furor velit & Calumnia. Quis constantius tueatur majestatem CHRISTI, ille καὲ ἐπιγνώσῃς novit: nō vocabulis ludimus, non Scripturis contradicimus: sed voces interpretamur ad sensum Scripturæ & Veterum: Scripturæ veritatem adoramus: CHRISTUM credimus Spiritu Sancto unctum esse secundum carnem præ consortibus, ultra mensuram

ad th. 102
103.104.

Pl 45.

verè Ioh. 3.34.

verè & realiter communicata dicimus, carni CHRISTI divina ἀξιώματα, sed citra effusionem aut transitionē, non imputativè, sed personaliter: Carnem CHRISTI vivificam & omnipotentem, non imputativè sed personaliter: verè & realiter propter personalem unionem. Quid ergo imputatur, immò quid luditur à Balduino, ἀσυλλογίως, ἀστολόγως?

LXXXVIII.

Thef. 105.

Confusio particularum distinctivarum κατ' ἄλλο, nulla penes nos est. Per κατ' ἄλλο naturarum proprietatem in primis designamus: & ad ipsam tamen unionem semper respicimus: verbi gratia: Deus est passus κατ' ἄλλο, hoc est, in carnis proprietate; & quia Caro quæ moritur, Dei caro est: Caro CHRISTI est vivifica & omnipotens κατ' ἄλλο: id est, quia τῷ λόγῳ vivifico unita, vel propter unionem, sive personaliter. Sed nescio quid novi, nova pariat distinctio, aut quem hic sensum quærat Calvinianum: cum, quos ille calumniosè Calvinianorum titulo mactat, solam subinde ante oculos habeant Scripturam & Antiquitatem.

LXXXIX.

ad th. 105.

Distinctio certè particulæ κατ' ἄλλο, in primo & tertio genere, Antiquitati orthodoxæ prorsus incognita, nova est, nempe quod in primo genere proprietatem: in tertio originem & causam notet. Veteres semper illâ subjectum sive naturam denotarunt, juxta quam, aliquid de CHRISTO dicatur: ut CHRISTUS passus est κατ' ἄλλο, hoc est secundum carnem: sic Caro Christi est vivifica κατ' ἄλλο: hoc est, interprete Cyrillo lib. 1. ad Reginas, secundum Unionem scilicet cum vivente & cœlesti verbo. Quod enim de naturis intellexerint, ex hoc constat a-

Cyrril. lib. 1. ad Regin.

xioma-

xiomate: In Christo non est ἄλλο καὶ ἄλλο: sed ἄλλο καὶ ἄλλο, hoc est, non alia persona sed alia natura. Ita Damascen. τὸ μὲν ἄλλο, inquit, φύσις, τὸ ἄλλο ἢ ὑπόστασις. Theodoretus: ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο, τὰ μὲν ἐξ ὧν ὁ σωτὴρ: ἐπεὶ μὴ ταυτὸν τὸ ἀσώτῳ καὶ τὸ ἀσώτῳ τῷ ὑπὸ χερόν: οὐκ ἄλλο ἢ καὶ ἄλλο, μὴ γένοιτο: hoc est, aliud quidem & aliud, ex quibus Servator: quia non idem sunt visibile invisibile & æternum ac temporale: non autem aliud & aliud. Non aliter Nazianzenus in epist. ad Cledonium: Rusticus Diaconus lib. contra Acephalos: Fulgentius ad Trasimundum Regem. Demus verò per τὸ ἄλλο etiam originem & causam notari: quis jam alius sensus fuerit in locutionibus Bezæ & Zanchij: Carnem Christi dici posse omnipræsentem & omnipotentem κατ' ἄλλο, quàm qui expressis jungitur verbis, non in sese sive sui essentia: sed quatenus coheret hypostatica unionem cum τῷ λόγῳ, qui est ubique? quid enim aliud hoc sonat, quàm causam & originem hujus locutionis esse, unionem κατ' ὑπόστασιν? Et ne tamen aliquid concedat sensum, iterum fingit Calvinisticum; adèd plenus est sensibus Calvinisticis, hoc est, acereis & ficticijs. Certè si omnipræsentia carni tribuitur propter unionem, tanquam causam: viderit Balduinus, quomodo proficisci dicatur ab effectu id, quod est à causa: hoc est, quomodo Communicationi ascribi possit, quod est Unionis. Caro dicitur ubiq; ἐν λόγῳ, hoc est, quia omnipræsenti λόγῳ unita, in quo suam & tantum habet ὑπόστασιν. Non ergo propter communicationem, aut δέσιν quandam vel collationem singularem, cujus nullum in Scriptura testimonium.

Damasc. li. 3. c. 7. Theodor. dial. 2. c. 32

Diac. c. 2. Fulg. libr. 1.

ad th. 106.

ad th. 107.
108.

XC.

De adoratione carnis CHRISTI censuram instituens: Impium ait dicere, carnem Christi nominare adorationis objectum improprium & falsum. Non dixeram ego, at Danaus: & citra impietatem; siquidem Censor ipse thesi 109. admittit discrimen Damasceni, quod Divinitas in Christo sit adorabilis: humanitas non natura adorabilis, sed adorans. Proprium ergo objectum adorationis est Divinitas: humanitas improprium, si naturam per se & in se respicias: non falsum tamen, si unionem, aut unionis gratiam. Certè CHRISTUS totus etiam in carne, nostræ adorationis objectum est, neque se jungitur caro ab hujus honoris consortio: ubi distinguitur inter naturam & gratiam. Ego cum Damasceno, *προσκινῶ ἕξει τὸ συναμφοτέρον, ἀλλὰ τὴν τῆ σαρκὸς ἠνωμένην θεότητα. Utrumque Christi adoro, propter unitam Carni Deitatem: ὡς ἐν προσώπων, καὶ μίας ὑπόστασις*, ut idem loquitur.

XCI.

ad th. 109.

Judicet jam pius Lector, an discesserit hic ab orthodoxa fide de Persona Christi D. Pelargus, an præcipuum fidei articulum defectu ulla reliquerit: eò quod statuatur cum Patribus, infinitum λόγον non concludi corpore, & totum tamen & semper esse in corpore, ἀδιασπῆκτος, ἀδιαίρετος, ἀχωρήσιμος: eò quod Petri Martyris similia, quæ referenda sint, monuerit: eò quod carnem Christi sic eventam credat, ut gloria carnem perfecit, non interfecerit: eò quod abstractivis cautè utendum censeat: eò quod Zanchij συγχώρησιν de personali communicatione adduxerit: eò quod adorationem propriè soli DEO competere; Carni autem Christi non aliter quam ex gratia unionis, cum Veteribus & ex illis pronunciet.

In

XCII.

ad th. 108.

In loco de Baptismo, cum quid ἐπερόδοξον doceretur, ostendendum esset, *ὡς ἀλλόποδα* desiderat: & quæstionem non discussam: an omnes homines, vel aliqui regenerentur: & an ista regeneratio in ipso Baptismi momento fiat: quasi hoc etiam sit deficere, quæstiones aliquot curiosas non discutere. Curiosum profectò inquirere in infantes, utrum omnes regenerentur. Si ex opere operato, apertum erit responsum: si fide saltem apprehenditur regeneratio, sicut & justificatio: quis omnibus tribuet infantibus fidem, cum ne adultis quidem tribui queat singulis? quis S. S. motus liberrimos, qui ubi vult, & quando vult spirat, certò astringet & uni tempori: Lutherus ipse in majore Catechismo: *Citra fidem*, inquit, nihil prodest Baptismus, tametsi per se celestis & inestimabilis thesaurus esse negari non potest. Hieronymus etiam: *Si quis*, ait, *hoc corporeum, & quod oculis carnis aspicitur, aquæ tantum accipit lavacrum, non est indutus Dominum nostrum Jesum. Nam & Simon ille de Actibus Apostolorum acceperat lavacrum aquæ, verum quia Spiritum sanctum non habebat, indutus non erat Christum.* Infantes, priusquam nascantur, in fœdere esse qui negat, negat Deum seminis nostri esse Deum: negat ad liberos nostros pertinere promissionem. Et ubi pepigit Deus fœdus? numquid in Baptismo primum, annon cum Patre credentium Abrahamo: cujus nos etiam liberi secundum spiritum.

Hier. in 3.
cap. ad Gal.

XCIII.

ad th. 110.

Reformatos diversum statuere ait à Lutero & Patribus, & de Baptismi necessitate *fabulatur*. Certè agnoscunt necessitatem Baptismi omnes Reformari propter

Inft. lib. 4.
cap. 16.

propter mandatum: si verò ejus obtinendi nulla fit facultas, ideo tamen alicui non protinus salutem esse denegandam pronunciant. Proinde Calvinus non modò explodendum esse dicit eorum commentum, qui omnes non baptizatos æternæ morti adjudicant: sed addit disertè, quodin eam partem à me accipi nolo perinde ac si Baptismum contemni impunè posse innuerem: quo cõtemtu violatum iri Dominum, ni fœdus affirmo: tantum abest, ut excusare sustineam. Tantum evincere sufficit, non esse adeo necessarium, ut periisse protinus existimetur, cui ejus obtinendi adempta fuerit facultas. Idem Beza expressis verbis: ad colloq. Mompelg. Consequitur Baptismum non usq; adeo simpliciter & absolutè esse necessarium. Sed præ ira Balduinus consensum nequit animadvertere: Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

XCIII.

ad th. 112.

Pf. 22. 11.

Gen. 17.

Exod. 20. 6.

Gen. 17. 7.

rom. 4. lat.
pag. 666.

Rom. 4.

tract. 6. in
ep. Iohan.

Christianorum liberos, ab utero matris, in fœdere esse, dogma non est humanum, at divinum: Super te projectus, ait David, ab utero matris mea: de ventre matris mea Deus meus es tu: Deus ipse, Ero Deus tuus, & seminis tui post te. & Exod, 20. promittit extensurum se misericordiam ad mille generationes. Hoc est fœdus meum inter me & te interq; semen tuum post te, in generationibus suis fœdere perpetuo: ut sim tibi in Deum, & semini tuo post te. Propterea Lutherus: Est Deus, inquit, non tantum adultorum Deus, sed etiam infantum, etiam Embryonum, dum adhuc in utero sunt. Baptismum esse signum fœderis, sive sigillum justiciæ, dogma est Christianum: quia est Sacramentum: Sacramentum, verò signum est visibile gratiæ invisibilis. Proinde Augustinus, aliud, inquit, est aqua Sacramenti: aliud aqua, qua significat Spiritum Dei. Aqua Sacramenti visibilis est, aqua Spiritus invisibilis est: ista abluit corpus, & significat quod fit in anima:

anima: per illum spiritum anima mundatur & saginatur. Lutherus non inficias ivit esse signum: Debit pactum circumcisionis durare ad Christum: is qui gentes quoq; erat associaturus regno Dei, voluit veteri signo seu pacto abolito NOVUM SIGNUM instituire. Quare ergo baptizantur, cum sint in fœdere? ideo quia sunt, opus habent testificatione ista & visibili signo ad confirmandam & alendam fidem: propter Dei ordinationem & severissimum mandatũ. Pappus: Fidelium liberi habent quidem promissionem, & sunt in fœdere Dei, etiam ante Baptismum, sed tamen promissio illa & fœdus omninò requirunt, ut tales baptizentur.

Luth. 17. c.
Genes.

Papp. in
Aug. Confess.
art. 9.
p. 148.

XCV.

Sacramentis alligare gratiam, numquid non Baptismum sapit? Suntne Sacramenta causæ, aut testimonia & sigilla salutis nostræ: an per se gratiam conferunt, & non potius Deus per illa? Deus hominem lavat, non homo: non enim potest munus ab homine dari, quod divinum est. Sordes & maculas mentis lavare non potest, nisi qui ejusdem fabricator est mentis, Opratus Milevit. Spiritus mentem renovat: aqua proficit ad lavacrum: sanguis spectat ad precium: Spiritus enim nos per adoptionem filios Dei fecit, sacri fontis unda nos abluit, sanguis Dei nos redemit. Ambr. Idem: Cum ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore: visibile per visibile: invisibile per invisibile mysterium consecratur: aqua enim corpus abluitur, spiritu anima delicta mundantur. Baptismum tantum esse tesseram voluntatis divinæ, non scripsit Calvinus, nec de Baptismo hîc, sed in genere de Sacramentis loquitur: sed ista, inquit, sive analogia, sive similitudo, certissima est Sacramentorum regula, ut in rebus corporeis spirituales conspiciamus, proinde ac si coram oculis nostris subjete forent, quando istiusmodi figuris representare Domino visum

ad thes.
candem.

libr. 5.

Amb lib. 3.
de SS. c. 11.
Ambr. in
Lucam.

Calv. lib. 4.
Instit. c. 15.
par. 14.

visum est, non quia Sacramento tales gratis illigat & inclusat, sint, quo ejus virtute nobis conferantur: sed duntaxat, quia hac tessera voluntatem suam nobis Dominus testificatur: nempe se hac omnia nobis velle largiri. Neq; tantum nudo spectaculo pascit oculos: sed in rem presentem nos adducit, & quod figurat, effacaciter simul implet.

XCVI.

Beza iterum flagellatur, quod vocem fortè multis visam asperam emiserit, in Mompelgartensi Colloquio: Electos tantum regenerari: reliquos non item, etiamsi millies baptisarentur. Prodestne quæso Baptismus absque fide? confertne incredulis *Ἰννοτις*? Baptismus, ita à Luthero scriptum, neminem justificat, nec ulli prodest: sed fides in verbū promissionis, cui additur Baptismus, hac justificat, & adimplet id, quod Baptismus significat. Dic sodes, nunquid nō tantum credentes electi: & reciprocè: Electi credentes: idem ergò fuerit asserere: non prodesse Baptismū incredulis; & Baptismum non prodesse, non electis: quia confert tantum credentibus, hoc est, electis. Verum Beza seipsum excusavit sat prolixè, in suis ad Acta responfionibus. Brentius: Baptismus, qui revelato Evangelio Christi, successit in locum circumcisionis, non est tale Sacramentum, quod significet, UNUMQUEMVIS baptisatum esse coram Deo justum, & fieri saluum: MULTI enim BAPTISATI pereunt, idq; suo ipsorum vitio & impietate: sed est Sacramentum, quo significatur, unumquemvis CREDENTEM in Christum, qui inter baptisatos annunciat, justificari coram Deo, & consequi veram salutem.

XCVII.

Quod, extra casum necessitatis, ad salutem necessarium omnino statuunt Baptismum, testis est præter alios

Buca.

ad thef. eandem.

de capt. Babil.

Beza in responf. ad Act. Colloq. p. 90. & seq. part. ult.

Brent. in c. 17. Gen. t. A. p. 160.

ad eandem.

Bucanus: qui, necessarius est, inquit, Baptismus Ecclesie Christi, & infantes Christianorum OPORTET baptisari: sed na. u: propter mandatum Dei, quando nondum baptisato ejus copia datur: & si non detur, illum saltem expetere, & pro virili procurare debet: tamen non est ita simpliciter, & præcisè, & absolutè necessarius, ut sine eo ex hac vita decedentes, præsertim infantes Christianorum, salvi esse nequeant, &c. Beza: Ajo hæcenus necessarium esse Baptismi Sacramentum, ut illud qui negligat, seipsum, quantum in se est, Christi quoq; beneficio privet.

Buc. quaest. 45.

Beza in quaest. & responf.

XCVIII.

Expositio verborum: Nisi quis renatus fuerit: apud Veteres etiam varia fuit & multiplex: & Calvinus tamen in verba illa commentatus: etiamsi, inquit, demus Christum hic loqui de Baptismo: non tamen sic urgenda sunt verba, ut salutem in externo signo includat: sed ideò potius aquam, Spiritui adjungit, quia sub illo visibili simbolo, quam Deus Spiritu suo vita novitatem solus in nobis efficit, testatur atq; obfignat. Verum quidem est, Baptismi neglectu arceri nos à salute: atq; hoc sensu necessarium esse fateor: sed salutis fiducia præposterè sub signo includitur. Sadeel Calvini expositione adducta: Si, inquit, expositio non est articulus fidei: sed ejusmodi tamen est, ut nihil contineat, quod repugnet analogia fidei: itaq; non potest jure anathemati addici à Monachis. Porro si ve hic locus intelligatur de institutione Baptismi, sumt a voce aqua pro aqua materiali, cujus hic usus est: si ve intelligatur de sola efficacia interiori Spiritus Sancti; si ve eo loco per regnum Dei intelligatur Ecclesia, in quam aditus per Baptismum patet, nihil est cur gratia Dei, signo exteriori, alligari debeat, contra verbum Dei. Musculus Dufanus non scripsit invektivam in eos, qui cum infantibus suis festinant ad Baptismum, sed qui anxie, ac superstitiosè, vix jam natis, ad Baptismum quomodocumq;

ad thef. 113. Ioh. 3. 5.

p. 418. in Harm.

Muscul. in Loc. com.

K

perci-

„pe: cipiendum festinant: & addit: non laudo, si quis temerè
 „ac negligenter differat: anxiam tamèn illam festinationem,
 „non probo. Neque verò ipsi placet Nazianzeni con-
 „siliium, ut parvulorum Baptismus differatur in annum
 „tertium: sed expressè; qui nostri, inquit, sunt seculi mo-
 „res, No L I M ejusmodi dilationis esse autor: Sed hoc magis o-
 „ptarim, ut cum sana fide & intelligentia, nec anxie, nec negle-
 „ctim, nec properantius a quo, nec tardius adferantur ad ini-
 „tiationis Sacramentum parvuli fidelium: addit causam:
 „id si fiat, non erit locus questionibus illis Scholasticorum, quibus
 „disputant; Utrum in utero matris totaliter existens fœtus, nec
 „ex aliquo apparens, ab extra sit baptisandus: utrum si appare-
 „at aliquid extra, baptisari possit, præsertim si sit vel caput, vel
 „manus, vel pes, &c. Vides Lector, quomodo non festi-
 „nandum anxie & superstitiosè dixerit Musculus Dufanus:
 „& qua fide ejus recitata sint à Censore verba per *διαλέ-*
cticus, Elenchum.

X C I X:

Nunc de Exorcismo, quem miserum Balduinus vo-
 cat. Verè miserum, utpote omni destitutum solatio,
 omni Scripturarum præsidio. At paratum ipsi *Φάρμα-*
κον duplex: si à Papismo differre ostendatur: si statuatur
 Ceremonia *ἀδιάφορον*. Discrimen sanè audiamus: No-
 ster, inquit, Exorcismus auctoritate nititur humana; Pontifi-
 ciorum: non humana, sed Apostolica auctoritate niti fingitur. Bel-
 lum, me CHRIS TE, discrimen à causa efficiente: Ex-
 orcismi Lutherani auctoritas est humana: Pontificij,
 est ficta Apostolica (Sed non Apostolicam, immo Ec-
 clesiasticam auctoritatem præterdit Bellarm. & Greg.
 de Valent. t. 4 pag. 844.) Non ovum ovo ita simile:
 atque auctoritas hæc isti; & illa humana, frustranea est
 &

pag. 733, in
loc. Com.

ad th. 114.

ad thes. 117.

& vana: & hæc, quia ficta, vana: utraque certè nulla.
 Nec indifferentem modò, sed necessarium æquè statui-
 unt hodie Exorcismum, quotquot eo utuntur: quia
 si indifferens esset, in libero foret usu: jam adeo ne-
 cessitatem ejus urgent, ut ne semel (vel centies roga-
 ti) intermittere velint: immò non ritè baptisatum esse
 absque illa Dæmonum adjuratione hominem, multis
 insuper persuasum cupiant.

C.

Alterum discrimen à fine: Noster Exorcismus, ait ^{ad thes. 116.}
 Balduinus, est *σημαϊντικὸς* aut typicus! Quis verò fuit ritus
 adhibere Sacramentis typicos & semanticos? præ-
 fertim apud eos qui ad typos Sacramentales tantope-
 rè nauseant! quid responderetur Chemnitio: quibus riti-
 bus Sacramenti cujusq; substantiam & administrationem DEUS <sup>part. 2. Ex-
am. p. 60.</sup>
 constare voluit: illos IPSE VERBO SUO instituit & præscripsit: & in-
 stitutioni divina sicut nihil detrahendū, ita etiam nihil addendū.
 Etiā Pontificij significationem illam admittunt: Ita n. To-
 lerus, maximè, inquit, istis SIGNIS sensibilibus, etiam ho-
 mines ignorantes erudiuntur, & eorum SIGNIFICATIO-
 NES, (vides *σημαϊας* tuas) facilius percipiuntur. Gregor.
 de Valentia; effectum hujusmodi omnino habent illa Ceremo-
 nis Exorcismi, non tantum SIGNIFICANDO, sed etiam
 efficiendo. Et quid Exorcismus hodie creditur aliud,
 quam operatio quædam & *ἐνεργεια*, qua Dæmon expel-
 li puratur? Cur enim (ut cum Hunnio loquar) & verbis, & <sup>Hum. th. 19
de Exorc.</sup>
 voce, & gestu, hoc ipsum pollicetur Exorcismus circumstantibus?
 nam neq; forma verborum, neq; modus actionis, quicquam aliud
 sonat, aut representat. Quare recitantur verba: Adjuro te
 ut discedas, si non sunt *ἐνεργεια*, aut potius Magica? si
 abscedere jubetur & exire, aut per fictionem & simu-
 lationem

K 2

lacionem

Lib. 2. ca-
suum conf.
cap. 23.

Disp. 4. qu-
6. t. 4. pag-
845.

lationem quandam, aut verè jubetur exire ab Infantibus! Et quis iste lusus *σημαυλικός*? Cur & non sputum & sal, & candelas, & hujus generis Papistica alia admittitis?

C I.

ad th. 117.

Si pro Exorcismo non tanquam pro aris & focis pugnat: cur tot in Ecclesiis motus, cur tot in eos, qui omifere nonnunquam, persecutiones excitatis & odia: cur tot libri & orationes sive volumina de Exorcismo scripta. Abrogari posse ais, modò cautè agatur, ne detur occasio scandali, hoc est, ut interpretantur cordatiores, ne contemnatur quasi res superstitiosa; ne sentiant miselli, sibi impositum tamdiu confidenter: modò intercedat publica autoritas Magistratus cum consensu Ecclesie! Atqui intercessit multoties, & adhuc in nostra præsertim Marchia: ecquis autoritati paret? & consensus insuper accessit Ecclesie ejus, quæ reformari cepit: Sed per Ecclesie vocem plerique multitudinem promiscuam intelligunt, à qua impetrari sine tumultu non nesciunt, vel leviculum rituum mutationem. In gratiam, ais, adversariorum, mutari non debebat: at in gratiam Christi, qui rejicit εθελοθρησκείας & humanas traditiones: qui nullam patitur verbi sui *αφαιρέσιν* nec *αφαιρέσιν*: in gratiam eorum, qui non offendendi amplius: in honorem Baptismi, ne minor ejus putetur esse virtus & dignitas sine Exorcismo, & ne amplius tam fædum patiatur dehonestamentum.

Rom. 14. 21

C II.

ad eandem.

Misellum verò (sic ipse Balduinus nominat) *ἀδιάφορον*, ita astringitur necessitati: ut nemo inter Exorcistas nostros inveniri queat, qui libertate Christiana, quam in Adiaphoris tantopere prædicant, uti,

uti, & Exorcismum aliquandiu, vel semel, omittere ausit: adeò aucupantur non Dei sed hominum gloriam & gratiam, atque odio hominum, homines in erroribus relinquant, cæci cæcorum Duces.

C III.

Si largitur Balduinus, tempore Clementis & Origenis, hoc est, altero ferè post Christum natum seculo, impugnatam esse opinionem de spirituali Dæmonum obfessione: cur non impugnam adhuc censet: itane, quod semel, non semper falsum: nostrisne temporibus jus erit, quod nunquam fuit antea, in recens natorum animas? Quod Patres alij Exorcismum usurparint, qua occasione id factum, docet Chemnitius, de Sacramèto ordinis. Sed & alios observabant ritus: *osculum baptisandi*, Cyprian. *usum lactis & mellis*, Tertullian. *usum lactis & vini*, Hieron. *ablutionem pedum*; & quos præterea ritus Augustinus enumerat de Symbolo ad Catechumenos, in his verò & similibus non respicienda fuerat Antiquitas, sed Veritas: & illud è Cypriano repetendum: *Si Christus solus audiendus est, non debemus attendere, quid alius ante nos faciendum putaverit: sed quid, qui ante omnes est, Christus prior fecerit: neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem.*

ad th. 118.

p. 2. p. 411.
Cyprian. lib. 3.
c. 8.
Tertul. lib. 1. contr.
Marc.
Hier. in Ef. c. 55.
August. de Symb. ad Catech. lib. 4. c. 1.
Cyprian. ep. 63 ad Cæcil.

C IV.

Sed colludij causa priores notas posterioribus opponit curis: quasi prior dies posterioris, & non posterior sit discipulus prioris: quasi veteres opiniones novis prævalere aut possint aut debeant meditationibus. Crede mihi Dn. Balduine, si satisfacissent illa mihi quæ Candido opposueram, non tam facilis fuisset in deserendis illis; sed imitatus eos, qui τὴν θείαν φυλάξιν & ιδιογνώμονες

ad th. 119.

sua tantum mirari, mordicusque tueri solent, semper
 in illis paratum mihi fore præsidium putassem. Sed a-
 ge excutiamus Veteres glossas: *Exorcismus nuppiam man-*
datus: ubi enim mandatus? dixeram, est adiphorus: ideo
non mandatus. De autore quæritur, non de natura rei, in-
 differens sit nec ne; quamvis superstitiosus ritus nun-
 quam dici debet *ἀδίαφορ*: & nunquam tamen manda-
 tus, sed *ἐνταλμα* est à Christo rejectum: & certè sequestra-
 tus, tum à Christo tum ab Apostolis: quia nunquam ad-
 hibitus: quod si esset, in usu jam foret alio quam Chri-
 sti & Apostolorum temporibus. Quæ contra supersti-
 tionem & Magiam, ex aliorum potius, quam meo sen-
 su, proposueram, rejicio, & pro falsis haberi volo; nul-
 lum enim *ῥητόν*, nulla etiam *ἀένοια*, quoscunque adhibe-
 as purpurifcos, quodcunque mangonium in Exorcis-
 mo, salutare aliquid & utile ostendit. *Imago hic nulla*
efficaciæ Baptismi, quia à re falsà, nulla veri imago.
Magicum omnino, ubi certis verbis & certis figuris, sive
formationibus Crucis vis aliqua at signatur. Verba Ex-
 orcismi nihil commonefactionis, nihil symboli in se
 habet: sunt enim extra Verbi Canonem. Ministro Ver-
 bi nullibi præceptum, ut adjuret Satanam: precibus, fi-
 de, jejuniis opus contra Diabolum: Tropicus Exorci-
 smus cum vero nihil commune habet: & ut Martyr do-
 cet in locis com. tit. de Exorcismo: *nulla apud Veteres cir-*
ca Baptismum Exorcismi mentio: quia quacunque de Exorcismis
afferuntur, non de Baptismalibus, ut loquuntur, intelligenda: ve-
rum de iis quibus arrepticii à Christo sanabantur: sicut Justinus
 Martyr in Apol. de Baptismo diligentissimè agens,
 nullam fecit Exorcismi mentionem. Vide apud Mar-
 tyrem sequentia: & in primis, quid ad Cypriani locum
 respon-

respondeat. Quod si *Baptismus*, juxta Lutheri *Catechesin*,
liberat à morte & Diabolo: immò si Christus ipse destruit
opera Diaboli: quomodo non derogatur & Baptismo,
& Christi merito; quando vis aliqua ascribitur Exor-
cismo! Nec testari quicquam potest, cum nec fide di-
gnus ullà sit, nec ad Baptismum pertineat. Quod si
 infantes sunt in foedere, quod nec ipse Lutherus neg-
 gat, pertinet ad illos jus *ὑποθεσίας*: & ita sunt filij Dei, non
 ministri aut mancipia Satanæ. Quomodo ergo non in-
 signis contradictio: Eundem infantem vocari *Dei mini-*
strum. & à *Satana* putari spiritualiter *obsessum: quæ est com-*
munitio Christi cum Belial & Cingendum pro cincto habendum.
 in ijs valet, & quidem politicis, ubi cinctura legitima:
 quid hoc ad Exorcismum illegitimum, & impium? Et
 annon manifestus abusus nominis Dei, invocare no-
 men S. Triados in Diabolica adjuratione: cum nulla
 sit necessitas, immò extrema impietas, invocare DEI
 nomen inter superstitiosos ritus & abusus. Hominem
 in peccatis natum, asserere spiritualiter *obsessum esse;*
 quo nititur fundamento? Aut ob peccatum Originis
 obsidentur spiritualiter homines: aut propter Actua-
 le: si propter illud, omnes utique obsessi spiritualiter,
 quamdiu vivunt: ab illo enim Originis vitio nemo ni-
 si morte liberari potest. Si propter hoc: quò adultio-
 res, eò magis obsessi erunt homines, & ita perpetuis,
 immò majoribus & frequentioribus, quam apud inf-
 antes, opus erit Exorcismis. Adversatur etiam Exor-
 cismus foederi gratiæ: Si enim jam sunt in foedere infan-
 tes, juxta certissimam Dei stipulationem: etiam sancti
 sunt: ex assertione Apostoli: & tamen *παλιγγενεσία* opus
 habent, quam in omni vita durare necessum est; opus
 habent

ad th. 12
1. Joh. 3. 8.

ad th. 123.

2. Cor. 6. 14.

ad th. 124.

ad th. 125.

Rom 6. v. 7.
& 7. v. 24.

ad th. 125.

1. Cor. 7. 14.

Gen. 17.

ad th. 127.

ad th. 128.

habent fœderis signo visibili, quod Christus ipse insi-
ruit: neque verò fœdus illud à Baptismo incipit: anti-
quius est, & cum Patre credentium, omnibusque poste-
ris longè prius sancitum: neque necesse est arguari,
qualem infantes in Baptismo consequantur sanctitas
tem: cum ille novam non conferat, sed à Christo par-
tam & fide apprehensam obsignet atque testetur. Pa-
pisticum denique Exorcismum esse, negari nequit,
quæcunque fingatur distinctio. Veteribus enim in usu
non fuisse, nisi apud abreptitios, ex Cypriano liquet.
Et Lutherum in Papatu educatum, Papticum etiam
hoc cum alijs retinuisse fermentum, ipse testis est. Ne-
que falsum, similiter parvulos ut inter Papistas, conce-
ptis verbis exorcisari quasi Dæmoniacos! Annon e-
nim concepta hæc & præscripta cuique ministro veri-
ba: *adjuro te in nomine + Patris, & + Filij, & + Spiritus San-
cti*, (ter signata Cruce) *ut excas ab hoc ministro Christi*: Vide
morem in Ecclesijs, & lege theses Hunnij. Et si verò plu-
ribus constat apud Papistas Exorcismus gesticulatio-
nibus & nugamentis, qualia non solum in Manipulo
Curatorum, in Speculo Ordinandorum: sed in Ritua-
libus ferè omnibus Pontificijs, leguntur: non mutat
tamen pluralitas illa naturam, & formam, & finem, Ex-
orcismi: sed hunc saltem minoris, illum majoris osten-
dit esse superstitionis. Vide ergo, an contra pristinam
illam & quam *solidè* putas fundatam doctrinam, *ne in-
speciem quidem* afferri quicquam possit. Et annon satis
fuerit retractare, hoc est, eadem facilitate, qua ci-
tra testimonium Scripturæ fuerat assertus, absque
longa refutatione, rejicere, & Veritatem in injusticia
non amplius detinere, *Ab hac excellentia*, (quam Tullius
sibi

sibi vendicarat, quod nullum verbum, quod revocare
vellet, emisisset,) ait Augustinus, *longè absim, ut si nullum*
verbum, quod revocare vellem, protulero, fatuo sim quàm sapienti
similior. Illius quippe scripta, summa sunt autoritate dignissima,
qui nullum verbum, non quod revocare vellet, sed quod revocare
deberet, emisit. Hoc quisquis nondum est assecutus, secundas babe-
at partes modestia, quia primas non potuit habere sapientia: quia
non valuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœniteat, que
cognoverit, dicenda non fuisse. Et liceat, inquit Petrus apud
Clementem, minus planè dicta repetere, ut examinatione jus-
stissima clarescat Veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia si
quis à Veritate vincatur, non ipse vincitur, sed ignorantia, qua in
ipso est, qua est Damon pessimus, quam qui potuerit effugare, salu-
tis accipit palmam.

Aug. epist.
7. ad Mar-
cellinum.

lib 2. Reco-
gnit. p. 12.

CV.

Possunt sanè *Ἀλεκλικῶς* & *ἐν δόξῳ* quædam disputan-
tium more interdum tractari, sed non item *ἀποδεικτικῶς*.
At non satis est affirmare aliquid; demonstratione et-
jam opus: quemadmodum gravissimè Theodoretus:
ἀποδεικτικῶς, inquit, *ὅτι ἀποφαιλικῶς δεῖ λέγειν τῆς ἐκκλησίας τὰ*
δόγματα; id est, *demonstrativè*, nō tantum *assertivè*, proponenda
sunt *Ecclesie dogmata*. Quicquid contra *Candidum*, Superi-
orum jussu, & inquietiorum monitu scriptum à me,
malle suppressum. Nolui tamen *ἐμυδρικῶς* esse τῆ δόξῃ,
& idcirco victas lubens Veritati manus dedi: discessi
ab opinione veteri, non à fide articulorum; & suasor
sum alijs: ne opinionibus se trahi sinant. Vox illa An-
tonini Cæsaris verè regia: *βάλει ἔξω τὴν ὑπόληψιν, καὶ σίωσον;*
Ejice opinionem, & salvus eris.

Ad eandem

Dial. 3.

CVI.

Hunnij supremas de Exorcismo voces, à Genere etiam,

Ad eandem

L

cla-

clarissimo D Garthio non omnimodis negatae, quanto per animo infederint meo, non dicam. Sensit dubio procul, aliud esse scientiae, aliud conscientiae fulcrum. In tanta enim Evangelij luce, veteres coloribus novis pingere superstitiones, & Papatus reliquias, non simul omnes detestari, miseramque plebem in pristinis semper opinionibus & persuasionibus relinquere, nunquam ad solidiora & certiora erigere, nunquid tranquillam reddere potest melius sentientium conscientiam. Admitto alia, & Martyri hic calculum addo: qui, *laudabile & consultū fore, ait, ut in preces Exorcismi hodie converterentur.*

Martyr. in
Locis com-
munibus
p. 151.

Ad eandem

CVII.
Græci recentiores μαλακότερον nominare maluerunt ἀφορκισμὸν, potius, quam ἐξορκισμὸν, ut ex eorum constat Euchologio: & ipsi non solum his utuntur formulis: *Επιμῆσαι κύριε Διάβολε, ὁ πᾶσι τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτῆ ἀκατάληπτος καὶ ἀνεξίτητος ὑπάρχων, αὐτὸς ὁ πρῶτος εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐξέληται, &c. Increpet te Dominus Diabole, quē in mundum venit, & inter homines conversatus est, ut tuam destruat tyrannidem & homines eripiat: Aphorcismo secundo: ὁ θεὸς ὁ ἀγαθὸς, ὁ φοβερὸς καὶ ἔνδοξος ὁ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτῆ ἀκατάληπτος καὶ ἀνεξίτητος ὑπάρχων, αὐτὸς ὁ πρῶτος εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐξέληται, καὶ ἀνεξίτητος ὑπάρχων, αὐτὸς ὁ πρῶτος εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐξέληται, &c. Deus sanctus, terribilis, & gloriosus, in omnibus operibus & fortitudine sua incomprehensibilis, & impervestigabilis, ille qui tibi Satana predestinavit aeterni supplicii pœnam, per nos inutiles servos imperat tibi, & coadjutrici tuae potentiae omni, ut abstas à recens signato, &c. Verum hæc etiam adjungunt preces in tertio Aphorcismo: κύριε σαρβωῶθ, ὁ θεὸς Ἰσραήλ, ὁ ἰώμενος πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐπιβλε-*

ἐπιβλεψόν ἐπὶ τὸν δαίμόνα σου, ἐκζήτησον, ἐξερεύνησον καὶ ἀπέλασον ἀπ' αὐτῶ πάντα τὰ ἐνεργήματα & Διάβολε. ἐπιτίμασον τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ διώξον αὐτὰ, καὶ καθάρσον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, καὶ τῇ ὀξείᾳ σου χερσὶ μὲν ἐνεργείᾳ σὺντριψόν τὸν σατανάν ὑπὸ τὰς πόδας αὐτῆ ἐν ταχὺ καὶ δὸς αὐτῇ νίκας κατ' αὐτῆ, καὶ τῶν ἀκαθάρτων αὐτῶ πνευμάτων ὅπως & πᾶσι σὺ ἐλάῃς τυγχάνων καταξιώθῃ τῶν ἀθανάτων καὶ ἐπυρηνίων σου μυστηρίων καὶ δόξαι σου ἀναπέμψῃ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἵῳ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ καὶ εἰς τὰς αἰῶνας: hoc est: Deus Zebaoth, Deus Israël, qui sanasti omnem morbum, & omnem languorem, respice super servum tuum, exquire, scrutare, & reijce ab ipso omnia opera Diaboli: increpa impuros spiritus, & repelle illos, & purifica opera manuum tuarum, & celeri tua usus efficaci a contere Satanam sub pedibus ejus citò: largire ipsi victoriam adversus eum & immundos spiritus, ut misericordiam abs te consecutus, immortalibus & caelestibus tuis mysteriis dignus fiat, ut tibi gloriam reddat Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, nunc & semper & in secula seculorum. Bucerus: Praestat ista increpandi & imperandi verba adversus malos Demones, verti in verba PRECANDI, ad hunc vel similem modum: Aeternae Fili Dei, qui vim malorum spirituum morte tua devicisti: depelle ab hoc infante, quem ad Baptisma tuum sanctum, ut membrum tui corporis, vocare es dignatus, fraudem omnem & violentiam Satanae & Angelorum ejus, liberatumque potestate tenelrarum transfer in regnum Patris tui dilecti, ne ulli ei immundi Spiritus unquam queant nocere, vel in corpore, vel in anima, propter gloriam nominis tui, Amen. Formula precum potest esse libera, saltem ad praescriptum Verbi caelestis: nec enim Graecorum recentium, vel aliorum morem sequi, sed Deum contra Satanam, invocare, prorsus suadeo.

In Censura
sup. lib. fa-
ctorum An-
glia, ca. 13.

CVIII.

In articulo de Cæna, cum verba reprehendere nequeat, sen-

L 2

ad th. 129
De Cæna

a t, sensum iterum affingit more suo, nimirum, statui tantam corporis Christi à Cœna, quantam terra à cœlo distantiam: cum tamen nō nesciat, scire profectò debebat, nec Calvinum, nec ex Orthodoxis inficiari quempiam, Christum verè adesse in sacra Cœna: & quamvis in cœlo sit, & maneat localiter: in Cœna tamen esse Sacramentaliter, & participari non solum quoad efficaciam, verum etiam quoad substantiam. Vide lib. 4. Instit. & in ipsa Concil. forma: *Cur negemus, inquit, substantialiter nos pasci Christi carne, quia verè coalescimus cum ipso in unum corpus per fidem: & ita unum cum ipso efficitur. Item: Definitio statuenda substantialiter nos fieri participes carnis Christi.*

Cap. 17.
par. 30.

ad th. 130.

CIX.
Prodit autem apertè Ubiquitatem suam monstruosam, quando ipsam corporis substantiam non locorum intervallis à nobis distare, sed præsentissimam credit, hoc est, Christum corpore suo essentialiter ubiq; statuit, contra articulum fidei, qui Christum ad cœlos ascendisse profitetur; contra veritatem naturæ humanæ, quæ nō est ἀπὸ γαπτιῶ, contra Orthodoxæ antiquitatis consensum: contra librum Concordiæ, qui Ubiquitatis in articulo de Cœna fundamentum rejicit; contra Chemnicium, qui part. secunda Ex. Concil. Trid. Lutherum secutus, monet, fundamentum præsentiae Christi non esse collocandum in Ubiquitate: in primis contra tot luculentissima Scripturæ testimonia, quæ docent, Christum corpore suo reliquisse mundum, Joh. 16. sursum receptū,

Joh. 16. 19.
Marc. 16. 19.
Luc. 24. 51.
Act. 3. 21.
Col. 3. 1.
Phil. 3.
Hebr. 8. 4.
Marc. 16. Luc. 24. Act. 1. cœlum cepisse, vel occupasse Act. 3. ἀνω quarendum Col. 3. Phil. 3, quod pertinet etiam dictum, quod Balduinus perperā, ait, citatū ad Hebr. 8. Si esset INTER-RA, ne Sacerdos quidem esset: quæ verba Apostoli sic interpret-

pre-

pretatur Oecumenius: εἰ μὴ γὰρ ἦν ἐπιγῆς τὸ ποδὸν, εἰ μὴ ἐπιθνήκη, μὴ δ' ἐγερθεὶς ἀνελήθη, εἰ μὴ ἦν ἱερεὺς: ἀναστὰς δ' ἐκ νεκρῶν ἀνελήθη, ἵνα χοίρη τόπον τὸν ἕρανον ἐνθα αὐτὸν ἱεροῦσαι δεῖ: ἱεροῦσαι ἦνός, τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν: Si in terra esset, fuisset verò istuc si mortuus non fuisset, neque resurrexisset, neque ascendisset, nequaquam esset Pontifex: nunc autem mortuus est quidem, ut offerat sacrificium: resurrexit autem à mortuis, & ascendit, ut locum haberet, cœlum inquam, ubi & sacerdotio opportunè fungatur, & sacrificet: sacrificare autē intelligit pro nobis interpellare.

CX.

Quod supra omnes cœlos aspectabiles ascenderit, ad eandem immò, quod confederit ad dextram Dei, Scripturæ credimus: at non ἀσυστάτω huic Balduiniano. Ergo jam substantia sua presentissimus adest omnibus creaturis. Si enim substantialiter Christus omnipræsens est: jam caro ejus infinita, & coextensa est τῷ λόγῳ! Et quid opus astruere personalem omnipræsentiam: si essentialis est ipsius carnis, & quidem in omnibus creaturis. Quorsum præsentia Sacramentalis: si essentialiter jam adest: quorsum manducatio: si jam est in ore omnium?

CXI.

Castra, quæ extruxit ipse, Sacramentariorum, adeat ipse ad th. 131. & expugnet Balduinus, ubi potest: nullus mihi ad eam transitus; nequedum visa mihi. Duplicem verò manducationem, Spirituale unam, quæ fiat ore, ut sic loquar, fidei: Sacramentalem, quæ fiat ore corporis, inficiari, est Christi verbis repugnare. Jubet ipse quem accepit, fregit, & dedit panem edere: quod fit ore corporeo: jubet idem corpus suum pro nobis traditum manducare, quod fit fide: utramque manducationem in sacra Cœna necessariò jungi ad salutem, adeò ἐστὶ ἀναμφίσβητον: ut sine Spirituali non prodesse Sacramentalem, clamosissimi etiam concedant

L. 3

Un o

CXII.

ad th. 132. *Uno eodemque organo rem cœlestem & terrestrem manducari tam verum est, quàm corpus Christi tangi manu: quasi verò, inquit Bernhardus, Cum jam ascenderit, tunc tangi velit, aut possit, & utique poterit sed affectu, non manu: voto, non oculo: fide, non sensibus: & paulò post: tangis manu fidei, desiderii voto, devotionis amplexu, tangis mētis oculo. Lombard lib. 4. dist. 9. Ut sunt dua res illius Sacramenti: ita etiam duo modi manducandi: unus Sacramentalis, scilicet quo boni & mali edunt: alter spiritualis, quo soli boni manducant.*

CXIII.

ad eandem *Os manducationis organum affirmat Pareus; nos cum eo: sed manducationis carnalis. Si ergo per oralem manducationem intelligit Balduinus organum, manducationis: cur non dicit etiam carnaliter manducari Christum, hoc est, Capernaiticè? Organum enim, & modus non differunt: quicumque manducat ore, manducat oraliter: velut, quicumque scribit manu, scribit χειρῶς: sive manualiter: qui arte agit, artificialiter: qui natura, naturaliter: qui corpore, corporaliter. Oraliter ergo māducatio est & manet carnalis vel Capernaitica, sive crasso, sive subtili fiat modo: aut doceat Balduinus, utrum aliquid comedi queat ore, & non tamen secundum oralem modum: quis ille modus, & cui notus? si ignotus, cur contenditur!*

CXIV.

ad th. 133. *Os fidei ad spiritualem manducationem pertinere, eamque semper esse salutarem rectè dicitur, ac creditur. Ergo alia est manducatio rerum spiritualium & cœlestium, quæ fit ore fidei, quod supra impugnabat ad-versarius. Indigni edunt & bibunt corpus & sanguinem*

Domini Sacramentaliter: non spiritualiter, quia carent fide: neque Marcus inquit, bibisse omnes ex poculo, aliam intellexit πένσι bibitionem, quam Sacramentalem, quæ fit ore corporis: biberunt enim vinum omnes ore, sive oraliter: sanguinem verò spiritualiter.

CXV.

ad th. 134. *Vsum particularum IN, CUM, SUB, quo sensu admittamus, dictum in Compendio: videat saltem Balduinus ne ὑπερλόνη in illis lateat, hoc est, ne impanationem & Consubstantiationem, per illas palliet: de particulis, quibus ante Lutherum Patres usi, nulla erit disceptatio. In vel sub pane, tanquam sub signo significari corpus Christi absens tanquam signum, qui dixerit præter Balduinum, nec mihi constat, nec alijs: transigat ergo cum somnio suo, & Andabatarum more, quod contentiosis hominibus familiare, secum pugnet ipse.*

CXVI.

ad th. 135. 136. *Quod philosophari me scribit de manducatione indignorum: φιλοσοφῆμα est Balduinianum. Ego verbis Apostolicis indignos etiam manducare a se & bibere, quid? Sacramentum: ergo Sacramentaliter: certè non spiritualiter: quia ipse Balduinus thesi 133. negat indignos habere fidem: & os fidei ad spiritualem manducationem requirit. Quid si verò indignos vocasset Apostolus non incredulos, sed non satis dignè paratos & probatos; numquid & illi omni carebunt fide? numquid & illi non edent ac bibent spiritualiter? Ne philosophari nos dicat, audiat Oecumenium: hos, inquit, ipsos (Corinthios) pungit, declarans esse indignos, dum pauperes parvipendunt, quoniam, inquit, ad Dominici corporis sumtionem indignè acceditis, idcirco multis obtingunt aegritudines, passiones &*

hom. 27.
in 1 ad Co-
rinth.

Et mortes. Unde autem coniungi potest indigna accessio? cum ex aliis, qua patrat sceleribus, tum ex eo, quod cum ad Dominicam Cœnam convenitis, pauperes parvipenditis, quorum gratia factum est, ut conveniatur &c. Fufius exponit Chryloltomus, & invenitur in sui etiam temporis Christianos, quos τὴν κοινωσίαν statim ebrietas excipit, & despicientia pauperum: & addit: πρὸς τὴν εὐχριστίαν, σατανικὰς ἐπιδοτέρας τεύχων, cum in convivio Spiritu sicut pastus, Satanicas inducis delicias. Ambrosius, Indignum dicit esse Domino, qui aliter mysterium celebrat, quam ab eo traditum est. non enim potest devotus esse, qui aliter presumit, quam datum est ab autore. Ideoque pramonet, ut secundum ordinem traditum devota mens sit accedentis ad Eucharistiam Domini, quoniam futurum est iudicium, ut quemadmodum accedit unusquisque, reddat causas in die Domini nostri JESU CHRISTI: quia sine disciplina traditionis & conversationis qui accedunt, rei sunt corporis & sanguinis Domini: quid autem est, reos esse, nisi pœnas dare mortis Domini? Theodoretus: Etiam nos, inquit, pungit qui cum mala conscientia audemus divina Sacramenta percipere. Vides ergo Lector, non agi de omnino infidelibus, sed fidelibus etiam, at malè viventibus, hoc est, non se probantibus, & pœnitentibus serio, juxta Veterum expositionem.

CXVII.

ad th. 137.
Aug. lib. 21.
de civ. D.
c. 25.
rom. 9. tr.
26. in loh.

De infidelibus ita Patres Orthodoxi: Augustinus, non dicendum, inquit, eum manducare corpus Christi, qui in corpore non est Christi: paulò post: nec isti dicendi sunt manducare corpus Christi, qui nec in membris computandi sunt Christi. Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio non manducat spiritu. aliter carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tanta rei Sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus presumpsit accedere ad Christi

SACRA-

Sacramenta, qua aliquis non dignè sumit, nisi qui mundus est. Bernhardus, Sacramentum sicut ad vitam accipit indignus: sic ad iudicium & mortem suam indignus. rem verò Sacramenti, nemo percipit, nisi dignus & idoneus. Sacramentum enim sine re Sacramenti sumenti mors est: res verò Sacramenti, etiam praeter Sacramentum sumenti, vita est aeterna.

CXVIII.

Vbi advertendum, à Bernhardo, sicut etiam ab Augustino tract. 26. in Joh per rem Sacramenti non intelligi fructum duntaxat salutarem: verum potius rem signatam: sicut per nomen Sacramenti signum: Nec aliter Scholastici. Lombardus: Sacramentum est signum sacra rei: Sacramenti gemina res: una scilicet contenta & significata: altera significata & non contenta. res contenta & significata, est caro Christi, quam de virgine traxit, & sanguis, quem pro nobis fudit. res autem significata & non contenta, est unitas Ecclesia in praedestinatis, vocatis, justificatis & glorificatis, &c. Ibidem: Sunt tria hic distinguenda: unum quod tantum est Sacramentum: alterum quod est Sacramentum, & res: & tertium, quod est res, & non Sacramentum. Sacramentum & non res, est species visibilis panis & vini: Sacramentum & res, caro Christi propria & sanguis. Res, & non Sacramentum, mystica ejus caro.

CXIX.

Quando Bernhardus, impios ait Sacramentum revera accipere, sed essentia, non salubri efficacia: per essentiam intellexit ipsam formam Sacramenti, quã paulò post distinguit ab efficacia: & superius: Christus, inquit, hujus Sacramenti formam praescripsit, efficaciam exhibuit, id est, fieri praecepit forma praescriptio in pane & vino. Ibidem scite admodum. non pari omnino jucunditate sumitur cortex Sacramenti, fides & species, memoria & praesentia, aeternitas, & tempus

M

Σαφ.

Bern in ep.
ad frat. de
monte,

ad th. 138.

Lomb. li. 4
dist. 8. di
ol

ad th. 138.
dist. 8. di
ol

ad th. 138.

ad eandem
Bernh. ser.
de Cœn.
Dom. c. 2.
p. 259.

Σα Φέρεσθαι autem in sequentibus, tria, inquit, in Sacramento altaris attendere debes: speciem panis, veritatem carnis, virtutem gratia spiritualis. Usq; ad speciem panis sensus pertingit exterior: ad Veritatem carnis fides interior: ad virtutem gratia spiritualis, charitas superior: Speciem panis rodit aliquando forex parvissimus: Christianus etiam recipit pessimus: Virtutem gratia spiritualis, non nisi predestinatus recipit.

CXX.

ad th. 139. Quod Patres duplicem statuere ait conjunctionem, priorum cum Christo: unam, ex Sacramentali manducatione, corporalem: alteram, ex spirituali, spiritualement: vero & orthodoxo sensu, qui ex ipsis constat verbis, lubentes admittimus. Cyrillus, corporaliter, ait, nos esse in Christo: quin & communicatione corporis & sanguinis Christi ipsum in nobis esse, & nos in ipso. Atqui ait doctissimus Mornæus, non sunt corpora nostra corporaliter in Christo, hoc nemini in mentem veniat: sed Christo per fidem inserimur. Non igitur & corpus Christi corporaliter in nobis, spiritualiter omnino accipiendum per fidem. Similitudine illustrat

ad th. 140. Cyrillus ipse: Fortassis, inquit, etiam corporali unione conjungimur: liceat adeo disseparati simus, ut unusquisque seorsim & subsistat & circumscribatur. Nam si Petrus & Paulus unum unitate in Christo sint. Petrus tamen Paulus non est. Sentus itaque perspicuus: Non secus ac Petrus & Paulus, licet loco dissi, corporaliter tamen unum, quatenus uterque corporaliter & naturaliter unitus Christo: ita & nos quidem multo magis in hac terra repentes, carni Christi corporaliter & naturaliter uniri posse, quamvis sit in cælo: quia membra fidelium sunt membra Christi. Unde (verba sunt Cyrilli) convenienter dici potest, vitam humanitatem ejus esse. & nos palmites propter identitatem nature

&

& participatione Spiritus, per quem credentes ei conjungimur, naturas communicationem dedit. Quare coniungi corporaliter, intelligatur apud Cyrillum non de ratione modi, sed ratione objecti, corpori utiq; conjungi, non, per corpus. Ad eundem modum Hilarius, naturaliter in nobis Christum, ait, manere. quia & naturam carnis nostra jam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis sua ad naturam aternitatis sub Sacramento nobis communicanda carnis admiscuit. Ita enim omnes unum sumus: quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Quis de naturali modo conjunctionis nostræ cum Christo interpretari volet? quamvis certum est nos esse naturæ ejus. Proinde Hilarius in sequentibus, Ille, inquit, in Patre per naturam divinitatis: nos in eo per corporalem ejus nativitatem, & illi: rursus in nobis per Sacramentorum inesse mysterium creditur. Quod ne quis promiscue accipiat: addit quasi regulam: Omnis comparatio ad intelligentiam formam præsumitur: ut id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur.

CXXI.

Hæreticis erroribus annumerandam etiam fuisse ad thes. 141. Consubstantiationem, quis rectè institutus, præter Balduinum reprehendit hætenus? rejeci jam pridem, ἢ ἐννοίας, ἢ ἐννοίας, & quicquid Transsubstantiationi & Impanationi affine. Improbare testatur se Consubstantiationem, pro qua tamen an non pugnet acriter, οἱ οὐκ ὀνείδισθαι, ad thes. 141. D. Pareus, Fastidiunt quidem, ait, Lutherani saniores, Consubstantiationis vocabulum: sed rem omnes tenent: quod cum panis substantia realiter eodem loco adsit substantia corporis Christi. Ergo duas substantias realiter uno loco adesse sentiunt. Hoc vero est Consubstantiatio. Verum non quaritur de voce: sed de hac re, hoc est, de reali existentia corporis Christi cum pane seu in loco panis

M 2

nis

Hilar. lib. 8
de Trinit.

in Com. ep.
ad Corinth.
p. 855.

nia qualem existentiam Verbo Dei & fidei Christiana adversam esse dicimus, & ex verbis Domini refellimus. Panis est corpus Christi. Ergo non cum pane, in pane est corpus Christi.

CXXII.

ad eandem

Non est Physica Balduino quædam partium coessentialium in Sacramento commixtio: sed Sacramentalis seu mystica unio. Rectè Si physica non est commixtio, Ergo nec localis præsentia. Si non localis præsentia, Ergo nec oralis manducatio: in loco enim esse oportet, quod ore sumitur. Si mystica unio; Ergo spiritualis. Spiritualia, verò omnia mysteria, nec aliter quàm fide quoad rem signatâ apprehendi queunt. Quid vero est *μυστήριον*, quid mysterium? nonne Veteres rerum invisibilium invisibilia signa vocabant mysteria, & *συμβολικῶν θεολογίαν*. Vis de doctiss. *Causabonum & Mornæum*.

Causab. Exercit. 16. p. 542. Morn. lib. 3. de Eucharist. ad thes. 142

CXXIII.

Pro Synuasiastis mavult substitui Apusiastas, qui corpus quoad essentiam prorsus è cœna tollant, & cœlo includant. Qui illi sint, *ἐλαμβάνω*. Nemo certè est ex Reformatis omnibus, qui Christi in cœna neget præsentiam, qui Christum cœlo INCLUDAT: qui varia statuat symbola: qui in meros tropos verba institutionis convertat: & ex sacra cœna commune quoddam epulum, nudamve Ecclesiæ ceremoniam faciat. Adest Christus, quia promissit: præsens est, quia virtute Spiritus unire potest etiam locis disjunctissimâ: ob quam causam Chrysostr. *ἐν ταῦθα γὰρ οὐ τὴν γλῶσσαν, ἀλλὰ τὸ μυστήριον. terram tibi cœlum facit hoc mysterium. ἀναπέτασον ἐν τῷ ἕρπυλι τὰς πίλας καὶ ἀκνύσον, μάλλον ἢ ἐχὶ τῷ ἕρπυλι, ἀλλὰ τῷ ἕρπυλι τῶν ἕρπυλων, καὶ τότε ἀπὸ τοῦ εἰρηλοφίου. ibid.* Vacua non sunt symbola: nec enim fidem nostram vacuis pascit & firmat signis cœlestis gratia:

hom. 25. in ad Corint. 173

gratia: sed quod signat, etiam præstat & offert. Meri non sunt tropi, quia & panis manet in propria significatione, & corpus in nativa itidem sua significatione veri corporis: quæritur saltè, quomodo sit panis Christi corpus, naturaliter ne an Sacramentaliter? illud quis dixerit, hoc quis negaverit? Non *nuda* est Ecclesiæ Ceremonia: sed à Christo ipso instituta actio sacra & imperata. *Appropinquans n. passioni Dominus, de gratia sua curavit investire nos, ut invisibilis gratia signo aliquo visibili præstaretur. ad hæc enim instituta sunt omnia Sacramenta: ad hæc Eucharistiæ participatio.* Bernh.

CXXIV.

Ἀπερίαν omnem Corporis Christi nullibi ostendit Calvinus, qui, *Veritatem Dei*, inquit, *in qua acquiescere tuto licet, hic sine controversia amplector. pronunciat ille carnem suam esse animam cibum, sanguinem esse potum: talibus alimentis animam illi meam pascendam offero. In sacra cœna jubet me sub symbolis panis ac vini, corpus & sanguinem suum sumere, manducare & bibere. NIHIL DUBITO, quin & ipse VERE PORRIGAT, & EGO RECIPIAM. tantum absurda reijcio, qua aut cœlesti Christi majestate indigna, aut ab humana ejus natura Veritate aliena esse apparèt. Paulo superius: Mediator noster cum totus ubique sit, suis semper adest, & in Cœna SPECIALI MODO præsentè se exhibet. Nec vero substituit duntaxat efficaciam corporis exclusâ substantia: sed expresse, *absurditatibus*, inquit, *de quibus ante locutus, sublatis, quicquid ad exprimendam veram substantialemq. corporis & sanguinis Domini communicationem, qua sub sacris Cœna symbolis fidelibus exhibetur, facere potest, libenter recipio, atq. ita, ut non imaginatione duntaxat aut mentis intelligentia percipere, sed & REIPSA frui in alimentum, vite æternæ intelligantur.**

Bernh. ser. de Cœn. Dom. ad th. 143. Lib. 4. Inst. c. 17. par. 32.

Lib. 4. Inst. c. 17. par. 19

ad eandem

Quid opus plura ad patrocinium conferre verba legatur ipse, defendet seipsum multo potentius, quam quisquam alius. Nec quae descripta est ineunda Concordiae ratio, Anseribus & Gallinis persuadendis (ut in re sena iocatur Balduinus: ἀλλ' ἡ γὰρ παύσις ἐν τοῖς περὶ αἰοῖς, juxta Theodoret.) sed iis proposita est, qui pacem & Veritatem diligunt serio: & iam tristibus Ecclesiae vulneribus verè Chironiis optarent vel tandem, si non afferri, saltè ostendi remedium. Quae verò, ὡς ἐμβλήματα quaedam ex illa forma Balduinus nudè excerpfit, non opus nostris tueri glossematis: totius libelli lectio, de candore & fide excerptoris facile feret iudicium.

CXXVI.

Theol. 144.

Er quis in Calvini castra (ubi ubi verò illa?) transfugere iussit Balduinum aut alios? nec ullam alioqui superesse spem Concordiae. Mortui non mordēt, nec pugnant, nec castra figunt. Nec sub Calvini etiam si viveret, vexillis militandum alicui. Christum Dominum sequamur: hunc audiamus: ab ejus verbo interpretationem in mysteriis peramus. Hic quamdiu praesens in terris fuit, quamvis nec modo desit (verba sunt Optati Milevitani) pro tempore quicquid necessarium erat, Apostolis imperavit. Sed quomodo terrenus Pater, cum se in conspectu senserit mortis, timens ne post mortem suam, rupta pace litigent fratres, adhibitis testibus, voluntatem suam de pectore morituro trāsferret in tabulas diu duraturas: Et si fuerit inter fratres contentio mota, nō itur ad tumultum, sed queritur testamentum: & qui in tumultu quiescit, tacitè de tabulis loquitur vivus. Is cuius testamentum, in caelo est: Ergo voluntas ejus, velut in testamento, sic in Evangelio (non Calvino nec Luthero) inquiratur.

Rib. 5.

Dal. 171.

Atqui

CXXVII.

Atqui inquietas, quærenda prorsus voluntas ejus in Evangelio? Cur ergo transfugij insimulas, qui relicta aut Lutheri, aut aliorū hominum æstimatione, ad scripturas tantum se trasferunt: nihil nisi quod scriptum, aut ex scripturis, ἀποδεικτικῶς conclusum, Patrum etiam consensu firmatum, amplecti cupiunt. Hoc cene arundinei est cordis? Hoc cene est fidem antiquam abnegare? ab humanarum speculationum vento minime flecti: sed Spiritus sancti robore ad inquirendam & tuendam veritatem, caelestem relicti hominum quisquiliis animari. Cogitet Lector, quæ tutior fides sit: ea ne, quæ nititur Verbo, & articulis fidei: an quæ opinionibus & commētis hominū! Ego me Calvinianis, aut Lutheranis, hoc est, nominibus & hominibus sectariis minimè adjūgo: sed Orthodoxis Patribus, & Ecclesiae doctoribus: ijsque omnibus, qui Christum amant & unicum agnoscunt Magistrum, & ab hoc uno nomen habent. Προσεβὼ Christianὸν esse deserunt, qui Christi nomine amisso, humana & externa nomina induerunt, & in parte litigant, ut totum perdant. Laetant.

ad eandem

Nazianzen. ἡ δὲ χομαὶ ὀνομαζομένων ἀνθρώπων. lib. 4. c. ult.

CXXVIII.

De Fractione Panis, veteres, jam pridem rejectas à me ipso notas recoquit: quas tamen si satis fuerat, verbo uno repudiassent, breviter tamen percurremus. Ad exemplum Christi, panem frangentis, dixeram, non omnia exempla & facta Christi ad imitationem esse proposita: at quæstio non de omnibus, sed hoc Christi factum est, debeat ne omitti nec ne. Non debet, quia præcepit: non potest, quia ritus est ad integritatem Sacramenti pertinens. Propterea Cyprianus. Si in sacrificio quod Christus obtulit, non nisi Christus sequendus est: utique id nos obaudire & facere oportet, quod Christus

ad th. 145. De Fractione Panis.

Cypr. epist. 63. ad Cæcil.

stus fecit, & quod faciendū esse mandavit. Accidentariæ illæ
ωφισάσεις veluti de loco, de numero, de vini colore, de
 palatio, de nocte, nihil quicquam ad rem: de illis quæ-
 ritur circumstantiis aut ritibus, quos ipse instituit in acti-
 one sacra Magister: quales sunt: accipere, frangere, distribu-
 re, dicere: nec de modo agitur frangendi: nec ille præscriptus,
 sed de fractione ipsa; sicut neq; benedictionis modus
 expressus nobis: & ipsa tamē benedictio necessaria est.
 „ Quia quodlibet horū trium sine reliquis fiat, si aut benedictio si-
 „ ne fractione & distributione: aut fractio sine benedictione & di-
 „ stributione. perfectam Christi memoriam non representat, sicut
 „ distributio nulla sine benedictione & fractione. Alex. Martyr.
 Vide Compend. CXXIX

ad th. 146. Ad Exemplū Apostolorū, nō sat erat dicere, ambiguū esse
κλάσις vocabulum, & *συνεχδοχικώς* plerumque usurpari:
 quæritur, temerē ne Apostoli fuerint Christum imitari
 panē frangentes: & an liceat ritum ab Apostolis perpe-
 tuo servatū, absq; ulla causa, nec sub alio nisi consuetu-
 dinis prætextu intermittere: præcipuē cū traditio hæc
 Apostolica nitatur exemplo Christi, & mandato.

CXXX.

Praxin Ecclesia Veteris, satis probari posse loquuntur ex-
 emplā in Compendio citata ex Ignatio, Clemente,
 Alex. Cypriano, Chrystomo, Augustino, Beda,
 Theophylacto, Oecumenio, & aliis: quæ neq; Baldui-
 nus, neq; quis alius convellere poterit: loquuntur *πρὸς*
ἰσομενὰ quæ signavit D. Parvus ex Centuriis ab An. Chris-
 sti centesimo usq; ad millesimum trecentissimum.

CXXXI.

Apostolus fractum dicit corpus: at fractum non est,
 in cruce: Ergo in Mystero juxta Chryst. *Ἐπὶ πάσῃ ὀπί τῆς*

ad th. 147
 Ignat. ep. 6.
 Clem. lib. 1
 Strom.
 Cypr. de
 Cœna.
 Chryl. hom
 in 1. ad Cor
 Aug. ep. 95.
 Beda in Luc
 Theoph. in
 26. Matth.
 ad th. 148.

ωεε quæcunque hic statuatur Synedochē, fir-
 mum tamen argumentum: Paulus ait corpus frangi.
 Ergo frangitur in Cœna. Ergo frangendus panis, ad
 exemplum Apostoli dicentis. *panem quem frangimus.* 1. Cor. 10.
 Fregit autem ob exemplum & mandatum Christi.

CXXXII.

Etsi Patres non urserint, nec præceperint, sole
 mnem & quasi scenicam fractionem, quæ ex priori scena
 objicit Balduinus: nulla tamen ratio est omittendæ
 fractionis: cum sufficere nobis debeat Christi auto-
 ritas, & sacrilegio par sit, vel tantillum in testamento
 ejus, sive adimere sive addere. Gal. 3. Chryst. *εάν αν-*
δρωπὸς διὰβηται, μὴ πολὺ ἕως ἀνατρέψαι μὲ ταῦτα ἐλθὼν, ἢ
ωεε *δέναι ἢ ἕκέν μᾶλλον ὅτι ἔθει.* Si homo condit testamentum,
 nam quis audeat superveniens invertere, aut adicere quidpiam:
 magis igitur hoc non faciendum est in Deo.

CXXXIII.

De forma panis quicquid differatur, certissimum,
 est, apud Veteres, nummularios istos panes, vel orbi-
 culares, quales hodiē in usu, non fuisse usurpatos. Et
 Cassandri testimonium satis est ad hanc fidem: minu-
 tias nummularias ab Expositore Ordinis Romani impro-
 batas esse. Consulatur Expositor. Gregorii fabulis
 quid tribuendum sit, vulgo notum. Exemplum quod
 Expositor ex Gregorio recitat, repetivimus non qua-
 si historiam commendaturi, nec, ut majorem ipsi, quam
 olim, certitudinem ascripturi: sed ostensuri dunta-
 xat, panem in Eucharistia fuisse cibarium, non ab Æ-
 dituo, sed domi à privatis coctum & oblatum.

CXXXIV.

ad th. 151. *χειροληψία* sive Eucharistiæ in manum sumptio dicitur Veterum temporibus in usu fuisse. Et hoc satis. Dissidentium opiniones facile conciliari queunt, Urgent aliqui eam, velut Ordinatio Anglicana ad cavenda pericula subtractionis & superstitionis, aliqui cum Calvino *indifferentem ritum* esse agnoscunt: quia non admodum inter est, quomodo sumatur panis, dummodo sumatur. Verisimilius autem Apostolos, non ore sed manu exceperisse panem à Christo fractum, & porrectum, & *πὸ λαβῆτι* propriè magis competere manui, quam ori. Manus enim *λαβεῖν*, oris *πὸ φαγεῖν*. Nulla igitur hic tanta est *ἀσυνφωνία*, nec tanta *ἐναντιολογία*: sive quis manu apprehendat, sive ori velit indi sacra symbola: modò *ὁχημόνως* fiant omnia, & quid alio decentius, quid ad tollendam superstitionem convenientius, placidè dispiciatur, nec temerè ab exemplo veteris Ecclesiæ recedatur.

CXXXV.

ad th. 152. Hæc ne verò illa argumenta pro fractione panis, ex Notis contra Candidum, tam solida, ut ne moveri quidem, ne dum everti potuerint! Certè si satis facere potuissent conscientiæ, & adhuc possent, non dissentiret à prioribus illis notis Pelargus. In speciem videntur interdum quædam satis valida: quæ si ad Solem Veritatis admoveas & ad Canonem Verbi trutines, meo experieris exemplo, quanti sint roboris. Nec subita hæc mutatio. Novit, qui omnia; Notis vix dupè in lucem editis dixisse me ad complures: mihi ipsi non satis factum; & quisquis ille fuit Candidus, nisi ab amicis retractus

ctus (cujus rei vivi mihi indices) colorem illum Rhetoricum facili absterfisset negotio. Ipse si vivit testis esto. Imo fortè jam fuit in Commentario ad Corinth. *de fractione panis*. pag. 775. & seqq. Non ergo contra conscientiam, aliquid mutatum: sed ut illi ante omnia consuleretur, discedendum fuit, à fucatis illis opinionibus, & ad faniore *ἀγατῆς* primæ convenientiores recurrendum. rationes. *ὅτι ἐδὲ ποιῆσαι.*

CXXXVI.

Super est articulus *de Pœnitentia*, in quo mutatum ad th. 153. nihil: nisi quod aliorum citatur sententia: Contritionem nimirum & fidem, si propriè loqui velimus, non esse partes. Hanc sententiam velut Papisticam prius rejectam scribit Balduinus. Non rejeci; Verba Bezae recitavi: & Bellarmini verba subjeci, sine censura & judicio. Conferatur locus pag. 360. neq; repudiavi usitatam Pœnitentiæ divisionem: sed pag. 517. retinui prioris Compendij verba: *proprie loquendo duas tantum esse Pœnitentiæ partes*: aliud verò est *κρυψῶς*, sive propriè aliud *κρυψῶτατα*, PROPRIÏSSIME loqui. Salutaris Pœnitentia nulla sine fide: & certè nisi fides sit in animo, nulla erit vera à peccatis aversio. Jā fidē quis vel matrē & originem, vel partē nominet Pœnitentiæ propriam, non libebit *λογωμαχεῖν*: & quia in rebus nulla discrepantia, fidem non evertet vocabulorum dissonantia. Vide Zanch. in Compend. loco 9. de pœnit. *Pœnitentia & fides, quanquam perpetuo inter se vinculo coherent, magis tamen conjungenda sunt, quàm confundenda.* in Comp. locus de pœnit. in Act. 1. v. 11. Paulus dicit Judæis arguentibus, se testificatum fuisse resipiscentiam in Deum & fidem in Jesum Christum.

CXXXVII.

ad th. 155.

in Comp.
pag. 517.

Ne tamen absque insigni aliquo Stratagemate receptui canat Balduinus, cogitandum monet, quam egregius Augustanae Confessionis socius futurus sit Pelargus: quia articulo 12. dicit Confessio, proprie duabus constare partibus Pœnitentiam, contritione & fide. Dicit idem Pelargus in Compendio recēs edito. Vbi ergo dissensus, ubi dissociatio? & quos ille Calvinianos vocat, rem non oppugnant: tantum de vocabulo agunt partis: utrum propriissimè loquendo, quæ iustitias, aut salutaris resipiscentiæ causa est, pars dici debeat: fidem tantum abest excludant, ut antecedere eam statuunt, in vera & salutari conversione: quòd exemplum Petri & dissimile alterum Judæ, facile probarit. Fides enim ostendit discrimen inter contritionem Judæ & Petri, ait Apologia Augustana Confess. quæ ipsa etiam recipit duos Pœnitentiæ terminos: mortificationem & vivificationem, imò discrimen ostendit inter sententiam Pontificiorum & Evangelicorum. Adversarii (inquit Apologia) cum de fide loquuntur & dicunt eam precedere pœnitentiam, intelligunt fidem non hanc qua justificat, sed qua in genere credit Deum esse, pœnas propositas esse impiis & c. nos præter illam requirimus, ut credat sibi quisque propter Christum remitti peccata. Ecce non improbat dogma, fidem precedere: sed fides illa generalis ostenditur non esse sufficiens, nisi specialis insuper accedat.

CXXXVIII.

ad th. ncl.

At signum receptui jam datum. Quo animo pugnam aggressus sit Balduinus, ipse noverit, & ille, & c. *editio 170576.* Correctione libri neminem turbatum esse confido

confido: Bonares enim neminem scandalisant, nisi malam mentem, dicebat Tertul. De Ecclesiæ purioris incremento utinam gratulari poteramus: ne polsimus, quibuscunque obfistit modis ille Archecacus: nec falsa illa foret lætitia: quæ enim verior quam de Deo rebusque divinis. Gaudium solummodò verum, quod de Creatore concipitur. Gaudendum tamen de iis etiam qua expectamus, & gaudendum de iis, qua sustinemus: Bernh. de verbis Apost. ser. 2. Hæreticum definit Augustinus, qui alicujus temporalis commodi & maximè gloria principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur: Ostendēdū vero hic quæ falsa quæ nova opinio, & quod inde cōmodum temporale, quæ inde gloria, qui principatus: contraria certè apparent omnia. Cogitet autem Censor, quid eodem in libro Antistes moneat doctissimò, nihil est facilius, quàm non solum se dicere, sed etiam opinari verum invenisse: sed quam re ipsa difficillimum sit, agnosces, ut confido, bis literis meis.

CXXXIX.

Quam Episcopo Ephesino inscribit Filius Dei epistolam, ad Pelargum pertineat nec ne, iudicium fuit erit ejus, qui inter septem Candelabra aurea obambulant, singulorum corda & renes perferutatur. Ne ergo Balduinus judiciariam tanti Judicis usurpet potestatem. Dominus est qui me dijudicat, proinde ne ante tempus quæquam dijudicetis, usque dum venerit Dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & manifesta faciet consilia cordium: ac tunc laus erit unicuique à Deo. Poterat pari licentia, illud quod Laodiceo Episcopo, etiā Balduino VVittenbergico dici ex 3. Apoc. Collyrio inunge oculos tuos, ut videas:

N 3

lib. de virginitatibus.

Bernh. in Epist. de verb. Apost. ser. 2. lib. de util. cred. ad honorat.

1. Cor. 4. v. 4. 5.

Apoc. 3. v. 18.

par. 1. Cur. quem locum, Gregorius Magnus ita exposuit: Collyrio o-
paff. c. 11. culos, ut videamus inungimus, cum ad cognoscendam veri lumi-
nis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bona opera-
tionis adjuvamus. Albuginem vero habet in oculo qui veritatis
lumen videre non finitur, quia arrogantia sapientia vel justitia
cæcatur. Pupilla namq; oculi nigra videt, albuginem tolerans, ni-
hil videt.

CXL.

Videat utique Balduinus, & agnoscat Veritatem,
Rom. 1. v. 18 eāq; ne detineat *ex adivina*, Rom. 1. Christi fratres ne ho-
stium loco habeat: eos omnes qui in Ecclesiis refor-
matis tam copioso sanguine testes Veritatis in Galli-
is, Belgio, Anglia, & alibi extitere, ne innocentes aut
damnet aut licenter damnari sinat: profectum alios
rum ne arguat esse defectum: Papisticis reliquiis ne
mantelum paret: aut si id totum nolit, aliis tamen à se
discrepantibus ne lucem invidet ac quietem. Cui æ-
quissimæ admonitioni ut locum relinquat, faxit ille,
Ioh. 17. 17. qui ad Patrem has pro nobis fudit preces: *sanctifica eos*
tua illa Veritate: sermo tuus (non hominum) Veritas est,
AMEN.

σφάλματα.

Tb. 1. 6. lin 22 lege *citra*, pro *contra* Tb. 4. 5. lege *ai* pro *oi* Tb. 6. 1. lin.
& lege *Aquariolo* pro *Aqualiculo*, &c.



DISSERTATIO THEOLOGICA

De
ASCENSIONE CHRISTI
IN COELUM, ET COELO, IN
quod corpore suo assumtus est,

*Continens brevem ac modestam Paradoxorum de
Caelo illo proponi solitorum ἀνασκευών:*

DE QUA
JEHOVA TER OPT. MAX. CLEMENTER
assistente

SUB PRÆSIDIO
DN. D. CHRISTOPHORI PELARGI,
in Illustri Academiâ Marchica Professoris, Pastoris ac Superin-
tendentis General. Senioris ac DECANI Facultatis
Theologicæ,

Pro summo in Theologicis gradu impetrando
RESPONDEBUNT

Quoad partem primam de ascensione Christi,
M. MARTINVS FUSSELIUS, SERENISSIMO ELECTO-
ri Brandenburgico à concionibus & consiliis sacris:

Quoad alteram de celo Beatorum,
GEORGIUS VECHNERUS, Fr. Si. L. S. S. Theologiæ in Illustri
Schonaichiano Profess. Publ. Ordin.

Quoad tertiam de Cælo DEI,
M. WOLFGANGUS CRELLIUS, primæ Philosophiæ Profes-
sor in Academia Electorali Francofurtana P.
Deputatur solenni disputationis actui

XXVI. Junii τῆς περὶ ἀσκήσεως καὶ ἀπιδείξεως
AN. M. DC. XVII.

LITERIS HARTMANNIANIS.